# DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA INAUGURALIS, DE JUDICIIS DEI SIVE DE EXPERIMENTIS, ...

Eduard Hageman, Pieter Eduard Sandifort, Giorgio Enrico Levi

[illegible]

[illegible]

[illegible]

# DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# JUDICIIS DEI

SIVE

## DE EXPERIMENTIS, QUIBUS UTEBANTUR VETERES AD INDAGANDAM REORUM INNOCENTIAM, EORUMVE CULPAM PROBANDAM.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

*EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,*

EDUARDI HAGEMAN,

*JUR. UTR. DOCT. JURIS PUBLICI ET PRIVATI PROFESSORIS ORDINARII,*

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE CONSULTO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN UNIVERSITATE REGIA HOLLANDIAE,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS EDUARDUS SANDIFORT,

LUGDUNO — BATAVUS.

*Ad diem* 22. *Junii* MDCCCX. *H. L. Q. S.*

*LUGDUNI BATAVORUM,*

APUD SAM. ET JOH. LUCHTMANS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCCCX.

PATRI

EDUARDO SANDIFORT

SACRUM.

*Il faut éclairer l'histoire par les lois, & les lois par l'histoire.*

MONTESQUIEU, *de l'Esprit des lois,*
*Livre* XXXI. *chap.* III.

# DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA

DE

# JUDICIIS DEI

SIVE

## DE EXPERIMENTIS, QUIBUS UTEBANTUR VETERES AD INDAGANDAM REORUM INNOCENTIAM, EORUMVE CULPAM PROBANDAM.

# SECTIO PRIMA.

*DE JUDICIIS DEI IN GENERE.*

## CAPUT I.

*JUDICIORUM DEI, DEFINITIO, ORIGO, HISTORIA.*

JUDICIA DEI (ut, CICERONIS praeceptis obsecutus (1), a definitione initium ducamus) olim appellabantur, *Experimenta a Christianis instituta, cum invocatione nominis Divini, hoc consilio, ut, si quando objecta alicui crimina dubia aut occulta forent, accusationem suam actor interveniente Deo probaret, aut reus depelleret.*

Ab antiquissimis inde temporibus, diverso modo homines veritatem occul-

(1) *De off. Lib.* I. *c.* 2.

cultam detegere conati sunt, &, inter alia, ad ita dicta judicia Dei etiam confugerunt; veram autem illorum originem determinare non licet. SOPHOCLES *in Antigone* (versu 270 & seqq.) mentionem facit probationum per ignem. ACHILLES TATIUS refert, quo modo *Delphorum* foeminae, de crimine impudicitiae accusatae, vario purgationis genere se innocentes ostendere debuerunt; imo fere omnes ceremoniae, quae postea in istis judiciis a Christianis fuerunt usurpatae, etiam tunc locum habuisse videntur. — in *Sicilia* in Templo *Deorum Palicorum* (2), fere similes probationes admittebantur; scilicet, si jusjurandum alicui deferebatur, reus formulam juramenti, in scriptis redactam, in vas aquae plenum projiciebat; si charta *supernataret*, reus *absolvebatur*, si *fundum peteret*, pro *convicto* habebatur.

Memorabilior est, & multo antiquior, nec adeo sumpta ex legibus vel ritibus aliarum gentium, lex Mosaica (*Num. cap.* 5. *vs.* 12-31.) lata mandato ipsius Dei, (ut patet e *versu* 11.) Pertinet lex ad uxorem, adulterii suspectam, a marito accusatam, & cujus culpa vel innocentia exploranda erat usu potus aquae cujusdam amarae. Dici solet *Calix sive potus Zelotipiae*. Judaei recentiores multa adjungunt legi Divinae, quae aut dubia & incerta sunt, aut commentis adscribenda. In causas ipsius legis mosaicae, verumque sensum & consilium, diligenter inquisiverunt, praeter interpretes istius loci, J. SELDENUS (3) & G. SALDENUS (4). Hanc vero legem, etsi divinitus datam, abiisse, quascumque ob rationes, in desuetudinem seculo proximo ante excidium urbis aedisque Hierosolymitanae, vero simile eruditi nonnulli existimant.

Quamvis de judiciis illis usque ad tempora Medii Aevi vix proditum quid fuerit, & ea propter nihil certi de iis constet, aut, quales eorum progressus fuerint, dici possit; facile nobis tamen apparebit, qua ratione a Barbaris Gentibus recepta fuerint, si in mores illorum populorum paululum inquiramus.

Bar-

(2) Conf. VOLTAIRE *Essai sur les moeurs &c. Tom.* 1. *cap.* 22. & KLOTS *Opuscul. Num. p.* 178. *Edit. anni* 1772. *in* 8vo. licet aliter rem narrat MACROBIUS *Satur.* 5. *cap.* 19.

(3) In libro qui inscribitur *Uxor Hebraica Lib.* 3. *cap.* 12. *Tom.* 2. *operum omnium pag.* 742-751.

(4) In *Otiis Theologicis* p. 75-114.

Barbarae gentes, quae successu temporum multas provincias, antea a Romanis devictas, occupaverant, tam parum litterarum culturae studebant, ut saepe sufficeret, aliquem scribere & legere posse, ut in Clericorum vel Eruditorum numerum referri posset: magis ad bonos mores quam ad leges scriptas attendebant, & secundum illos etiam in causis criminalibus praefecti judicare solebant (5).

Imo contractus plurimos tantum *verbis* inibant, vel qua de re contractum erat, coram testibus declarabant, & haec quidem contrahendi forma pristinis moribus illorum populorum valde erat consentanea; postquam autem bellis aliisque causis ab antiquis illis moribus recesserant, etiam usitata judiciorum forma non amplius sufficere poterat; in *causis Civilibus* enim fraudibus multisque erroribus viam aperiebat, & in *causa Criminali* maximam afferebat difficultatem. — Probationes modo per *testes* modo per *Instrumenta* fiebant (6), sed quo pacto, sine ulla verae jurisprudentiae notione, sic res dubias & obscuras ad finem perducere, vel testem idoneum a Calumniatore distinguere potuerunt? Vetustissimi Germani omnia, quae paulo obscuriora & difficilioris inquisitionis videbantur, per sortem ad liquidum perducere conabantur: hinc TACITUS ait (*de Mor. Germ. c. 9.*) *Auspicia Sortesque ut qui maxime observant*; diutissime haec superstitio duravit, &, quamvis Doctrina Evangelii dudum initiati essent, sortes publice mittebantur in Ecclesia; imo in gravissimo homicidii crimine *Sors Veminalis*, quam *Tan* vel *Than-hlot* vocabant, usu veniebat (7).

Recentiores Germani similem viam ingressi sunt, sed in rebus dubiis primo *jusjurandum*, omnibus fere populis cognitum, reo detulerunt, ut eo suam innocentiam probaret. Sed, quem facinus non deterruerat, is facile etiam perjurium committere poterat; ergo magis magisque fraudi occasio praebebatur, & ut malo remedium pararetur, alia media excogitabantur; sic, quod non raro fit in rebus humanis, ad levius malum evitandum pejo-

(5) Conf. TACITUS *de moribus German. cap.* 19. & BOEMER *Jurisprud. Criminal. Sect.* I. *cap.* 1. §. 15.

(6) Conf. HEINECCIUS *Jus Germ. Lib.* 3. *Tit.* 6.

(7) Vid. Leg. Frision. Tit. 14. §. 1, & SICCAMA ad illam legem & WACHTER *in Gloss. Germ.* voce TUNEN.

ſoribus uſi ſunt remediis; inciderunt in Scyllam, qui voluere evitare Charybdim (8).

Recenter autem ad religionem Chriſtianam converſi homines, teſtes plurimorum miraculorum, quae ab Episcopis fere quotidie proferebantur, ad probandam efficaciam religionis, etiam crediderunt, Deum, omnia ſcientem & ſcelerum ultorem per prodigia quoque, ſi invocaretur, oſtenſurum in rebus dubiis veritatem, quam detegere humano ingenio non licebat. De his ergo per *judicia Dei* exploranda eſſe cenſuerunt. Hunc in finem varia inſtituerunt experimenta, *per Duellum*, *Aquam frigidam aut ferventem*, *ignem*, *aut alia*, quae *Ordaliorum* nomine inſigniverunt.

Cum uſus Certaminum ſingularium, ex falſa opinione, quam de honore habebant, ortum trahens, omnibus antiquis Germanis populis, aliquo modo cognitus eſſet (9), probabile videtur, in inſtituendis *judiciis Dei*, de quibus locuti ſumus, *Duellum* maturius fuiſſe receptum, quam *Ordalia*. — Sunt qui putent (10), populos Barbaros non tantum *Duellum*, ſed etiam *alias purgationes* ſeu *Ordalia* quodammodo cognoviſſe, & iis uſos eſſe, ſed, devicto Imperio Romano, cum ad religionem Chriſtianam accedebant, *pugnam judicialem* aboleviſſe, tanquam Divinis praeceptis contrariam, uſum autem *aliarum purgationum* retinuiſſe, & demum poſt aliquod temporis intervallum *Duellum* rurſus fuiſſe inſtitutum, & vim juris accepiſſe, memorabili Burgundionum lege (*Tit.* 45.) Anno 501 a GUNDEBAUDO Rege lata. — Sed utcumque illud fuerit, ratio, ob quam *Ordalia* tantum retinuiſſent, forte in eo quaerenda eſt, quod in omni Dei judicio directus Dei interventus requirebatur, & ille magis in *Ordaliis*, quam in *Duello*, apparebat, ubi ſucceſſus a fortitudine decertantium pendeat, cum, in ceteris *Ordaliis*, Rei tantum prodigio vel fraude ſalvari poterant: & inſuper illa (quorum tamen veſtigia, ut jam dixi, in antiqua hiſtoria inveniuntur) in doctrina ab Episcopis illo tempore tradita fundamentum quoddam habere videbantur. — Sic v. g. in inſtitutione probationis per ignem, Episcopi ſpectaſſe videntur ad tres juvenes judaeos, juſſu Regis NABUCODONOSORIS in caminum ignis ardentis conjectos, & Divino pro-

(8) Hic tantum progreſſum generalem hujus Jurisprudentiae propoſui cum in ipſa deſcriptione judiciorum, ad ſingulam ſpeciem, ejus hiſtoriam dedita opera enarrabo.

(9) Conſ. VELLEJUS PATERCULUS *Lib.* II. *cap.* 118.

(10) Uti ROBERTSON *Hiſt. de Charle* V. *Tom.* II. *not.* 22. *ad Sect.* I.

prodigio salvatos; quod colligi potest ex argumento *formularum benedictionis* & *adjurationis* n ista purgatione usitatarum. — Idem patet ex ritibus reliquorum judiciorum Dei, ubi semper sermo est de *Divina misericordia*, *quae David de manu Goliae*, *Petrum de fluctibus*, *Theclam de bestiis*, *Danielem de lacu leonum liberavit* (11).

Haec Experimenta semel introducta ubi fuerunt, maxime eorum pervasit usus: primo enim perquam conveniebant genio, ut ita dicam, illius aetatis, placebant judicibus, quibus difficile erat in res obscuras inquirere; & per usum judiciorum Dei omnis difficultas evanescere, & accusationes luce meridiana clariores fieri credebantur; 2do in quoque judicio semper in usum Ecclesiae, certae leges, vel pecuniae summa solvebatur; eorum usus ergo etiam Clericis proderat. In omnibus ambiguis negotiis *Secularibus* vel *Ecclesiasticis* ad illa decurrebatur; in plerisque disertis verbis lex illa praescribebat (12): etiam sub CAROLO MAGNO Imperatore, ceteros principes illius aevi longe superante, Anno 775 quaestioni, de *Jure Dominii* ortae, examine *Crucis* finis imponebatur. OTHO Imp. DUELLUM decernebat in causa *successionis ab intestato*, de qua docti viri magnam controversiam moverant (13).

Non autem semper in instituto experimento acquiescebant, sed aliquando ad alias purgationes vel probationes confugiebant, tale saltem exemplum legitur: quum enim Seculo XII. Hispani duabus diversis utebantur liturgiis, disputarunt, quaenam cum divinis praeceptis magis conveniret, an *Mosarabica*, quae Hispanis omnino placebat, an vero *liturgia a Papa redacta*, & cui Regina favebat? — Rex jussit, ut *duello* res probaretur, quo facto, is qui causam liturgiae Mosarabicae agebat, victor abiit: Regina autem effecit, ut de novo eadem res *probationi ignis* subjiceretur, & hujus judicii plane idem fuit eventus, res tamen Reginae machinationibus & Episcoporum, in eodem, quo antea fuerat, mansit statu — hoc exemplo do-

(11) Apud MURATORIUM *de Judiciis Dei*. pag. 619. in *Antiq. Italiae Tom.* III.

(12) Vide v. g. *arg. Tit. 2. cap. 12. legum Bawar.*, *leg. Frision. Tit. 2. Leg. Burgund. Tit. 7. Leg. Longob. Lib.* I. *Tit.* 1, & *Lib.* 1. *Tit.* 9. *leg.* 23, 29, 35, 39. *&c. Edit.* LINDENBROGII.

(13) Quod refert STRUVIUS, *Rerum Germanicarum Scriptores & Tom.* III. *pag.* 84.

docemur, non femper *unam* probationem fuffeciffe dirimendae liti, & aliquando in eadem caufa *plures* fuiffe inftitutas (14.).

Cum fenfim fenfimque ad meliorem frugem redibant homines, etiam *judicia Dei* iis non adeo vera & infallibilia videbantur, cum plura inventa fuerint remedia, quibus ignis vel aquae calidae effectui facile refifti poffet; vel etiam fraudibus ac fallaciis non defuit locus, quando miniftri, quibus cura judiciorum mandata erat, reo favebant, & plus minusve aquam vel ferrum calefaciendo, minus periculofa reddebant experimenta. Ecclefia quidem JUDICIA VULGARIA (quaenam illa fuerint poftea videbimus) nunquam probaverat (15), imo fecundum *Concilium Aquisgranenfe* ea tanquam *adinventiones humani arbitrii*, condemnaverat; fed quamvis magna ejus fuerit auctoritas, tamen opinionibus popularibus refiftere non poterat, eo minus, quia in ipfa doctrina Ecclefiae femina hujus jurisprudentiae latebant. Hinc non fine cauffa SPELMANNUS dicit, „ fi Dei „ digito regerentur iftae probationes, cur aliquando abolitae funt? Sin mi- „ nus, cur usque adeo in Ecclefia toleratae?" — Reges etiam, licet perverfas effe illas opiniones arbitrati fint, tamen eas, tanquam a majoribus receptas, tolerare debebant. Sic LUITPRANDUS, Rex Longobardorum, quamvis Duella in legibus fuis quodammodo probaverit, faffus eft, id fe *neceffitate* compulfum egiffe, cum fecus agere nequiret & confuetudinem, quae nimis inoleverat, e populo fuo penitus abolere, vires fuas fuperaret. — Hinc ait (*Libr*. 6. *Leg* 65) . . . . . *incerti fumus de judicio Dei*, & *multos audivimus per pugnam fine jufta cauffa fuam caufam perdidiffe. Sed propter confuetudinem gentis noftrae Longobardicae legem* IPSAM (vel IMPIAM uti in aliis codicibus legitur) *vitare non poffumus*.

Tractu temporis autem viri docti conati funt opinionem receptam impugnare. AGOBARDUS, Archiepiscopus Lugdunenfis librum edidit *Contra damnabilem opinionem putantium, divini judicii veritatem igne, vel aqua, vel conflictu armorum patefieri;* alii vero Episcopi, inter quos HINCMARUS Archiepiscopus Remenfis, maxime ea judicia defendebant

(14) Conf. ROBERTSON *Hiftoire de Charles* V. *Tom*. 2. *not*. 22. *ad Sect*. 1. & G. VOET *Select. Disputat*. Art. *de provocatione ad judicium Dei part*. III. *pag*. 1203. ubi & plura, ad noftrum argumentum pertinentia, magna cura congeffit.

(15) GREGORIUS TURON. *de Gloria Martyrum Lib*. 1. *cap*. 81.

bant (16): multi tamen AGOBARDUM fecuti funt Reges, item Romani Pontifices, qui faepius diverfis decretis, imo & anathemate, (uti Concilium Valentiae anni 855.) pravos illos mores tollere ftuduerunt, quod etiam fecerunt LEO IV. Pont. Max. ALEXANDER II. LUDOVICUS PIUS Rex & alii (interdum ab ipfis fummis pontificibus e. gr. CALISTO II. in concilio Remenfi anni 1119, iis venia dabatur); imo iisdem fere argumentis, quibus antea judicia Dei fuerunt defenfa, nunc oppugnabantur, hinc AVENTINUS aperte & ingenue fcribit (17), „ atque haec tantum abfuit, ut impia judicarentur, ut fanctiffimos Pontifices, principes Chriftianos, viros atque foeminas facratas, ufurpaffe iftas purgandi ceremonias inveniam: illud tunc erat fapere, fidem Deo habere, omnem fpem in eo collocare: noftro feculo nihil minus, quippe nihil aliud eft, quam delirare; Deumque immortalem irritando, ad iracundiam provocare. Solet id factum, ut video, diverfis aetatibus heic *pietatis* alibi *erroris* nomen accipere."

Hodie autem Ordalia non fuperfunt; FREDERICUS II. Imp. HONORIUS III. GREGORIUS IX. Pontif. Max. LUDOVICUS DIVUS, & HENRICUS III. Angliae rex (18) illas purgationes abrogarunt in univerfum. Ad fingulas fpecies Ordaliorum videbimus, quantum fieri poffit, quibus decretis & quo tempore fuerint vetitae.

Sed fupereft quaeftio de modo, quo JUDICIA DEI, ab Ecclefia numquam probata, in rebus plerisque fecularibus, civilibus vel criminalibus, recepta, ab ipfis tamen Clericis debuerint ac potuerint inftitui? huic argumento ergo Caput II. hujus Sectionis deftinatum eft.

(16) Conf. J. M. SCHROCKT *Chriftliche Kirchen-gefchichten.* Theil. 22. S. 236.

(17) *Libr.* 4. *Annal. Bojorum.*

(18) Conf. COLLINS *Ecclef. Hiftor. of Gr. Brittan.* vol. 1. pag. 239.

CA-

# CAPUT II.

## *DE JURISDICTIONE, JUDICIISQUE GERMANORUM, MAGIS MAGISQUE INCRESSENTE ECCLESIAE AUCTORITATE: UT ET DE JUDICIBUS, CORAM QUIBUS JUDICIA DEI INSTITUEBANTUR.*

Olim Germania non communem judicem habebat, in tot enim fere Respublicas divisa, quot erant diversi populi: jurisdicendi potestas partim fuit penes Ordines Civitatum, partim penes Comites, quorum jurisdictio per vicos & pagos, quibus praeërant, porrecta fuit: & sane hoc jus ex institutis foedalibus ortum ducebat, cum *omne foedum jurisdictionem haberet*, in comitiis vel apud ordines caussae graviores ad Remp. pertinentes judicabantur. Comites interdum ut judices leviores causas privatas examinabant; sed fuerunt etiam judices a comitibus diversi, quibus tunc suberant, & in judiciis assidebant, uti in *Lege Bawariorum Tit.* 2. *cap.* 15. §. 2. *Comes vero secum habeat judicem, qui ibi constitutus est judicare, & librum legis, — semper rectum judicium judicet*, & HINCMARUS *de Ordine Palatii cap.* 10. „ *Talis etiam Comes & sub se judices constituere debet, qui avaritiam oderint & justitiam diligent.*" Quamvis his locis tantum *judicis* mentio fiat, nulla alia addita denominatione, non tamen dubito, quin iidem fuerint, qui aliis in locis dicuntur SCABINI, SCHOEFFEN, RACHINBURGI &c. (1). Apud

(1) Conf. F. BRUMMER *de Scabinis cap.* 2. *p.* 280. *seq.*

Apud Wisigothos etiam Comites praefuerunt judiciis, tamen & illi habebant jurisdictionem mandatam & prorogatam (2). In minoribus regionibus, tum in Civilibus tum in Criminalibus causis, nomine Comitis jus dicebant *Thuphadi* (3); his rursus multi suberant, ex militaribus *Millenarii*, *Quingentarii*, & ex judicibus *Defensores*, *Pacis adsessores*, *Villici*, *Saiones*.

Illis temporibus res apud Francos (quorum jurisdictio & forma procedendi hic minime est negligenda tanquam arctissimo vinculo juri Germanico juncta,) diverso modo inquirebantur, partim in *Concilio Ordinum*, vel coram ipso *Rege*, partim coram *Missis Regiis*, partim denique coram *Episcopis*.

In Conciliis, ad quae quotannis Episcopi, Abbates, Duces, Comites, Optimates, seu uti vulgo dicitur, *majores minoresque natu* conveniebant, causae & controversiae magni momenti agitabantur; quamvis his in causis etiam a Rege ejusque consilio, vel eorum vice ab Archicapellano in re Ecclesiastica, vel a Comite Palatii in casu Civili, aliquando, rarius tamen jus diceretur.

Ordinaria autem erat Comitum per pagos suos jurisdictio, & idem (4) apud Bawarios, Saxones, Allemannos, & Frisiones obtinebat. Franci autem in judiciis adjungebant 7 *Scabinos*, eligendos a *Missis Regiis*. — Locus porro, ubi hi una cum Comite ad jus dicendum conveniebant, dicebatur *Mallus*, id est locus certo signo, statua, arbore notatus. Postea fiebat in Templo quodam, vel alio loco publico; sed CAROLUS M. & LUDOVICUS PIUS prohibuerunt, judicia in Ecclesiis vel atriis institui. Hoc autem tantum videtur spectasse ad judicia secularia, si enim coram Episcopo peragebantur, in Ecclesia fieri debebant, hoc saltem colligo ex monumento a PEZIO *in Nov. Thes. Anecdotorum Tom. 2. pag.* 633 edito, qui nulla temporum distinctione adhibita refert, probationes in Ecclesia esse instituendas.

Comites, simul rei militari & Civili praepositi, saepe Reip. causa absentes, per illud tempus aliis, nempe *Vice comitibus* & *Vicariis* mandabant ju-

(2) Leg. WISIGOTH. *Lib.* 2. *Tit.* 1. *Leg.* 14.
(3) Ibidem *Lib.* 2. *Tit.* 1. *Leg.* 15. 23. 26. & *Lib.* 4. *Tit.* 5. *Leg.* 6.
(4) Conf. HEINECCIUS *Jus Germ. Lib.* III. *Tit.* 1. §. 19.

jurisdictionem & non Civilem tantum, sed & Criminalem. Nulli, praeter Episcopos & Abbates, exempti erant a Comitum jurisdictione: nam & clerici minores ab iis ob delicta quaedam coercebantur, modo id non inscio Episcopo vel Praelato fieret. Magistratus minores autem leviora delicta examinabant.

De *Missis Regiis*, ne plane silentio eos praeteream, paucis monebo, debuisse illos inquirere, in Comitum reliquorumque magistratuum acta, Episcoporum, Clericorumque vitam & mores ad Regem referre &c. nec non a Comitibus & Scabinis ad eos provocari potuisse, hinc dicti etiam sunt. „ *Ad justitias faciendas & oppressiones relevandas.*"

Majoris momenti hic est *Episcopalis audientia*, quae tractu temporis in veram jurisdictionem evasit. — Episcopis semper licuit, censuram agere in mores Christianorum, ita ut iis usum sacrorum interdicere possent, & sine sic quidem ad poenitentiam redirent, reos jussu Regis in exilium mittere, imo & socios delicti, vel qui cum reo commercium habuissent.

Egregium exemplum est in judice injusto; nam uti „ Episcopus non „ debet impedire judicem aequum & justum, sic tamen licet Epis- „ copo, si judex oppressor fuerit innocentis, ipsum judicem ab Ecclesia „ sequestrare, donec ipsum poeniteat, & de se meliora promittat. Quam „ magnam auctoritatem iis competiisse deducunt ex Psalmo 149: vs. 8. (5)." Imo & nec ab eorum sententia provocari licebat, nisi ad *judicium Metropolitanum.* A longo tempore jam Episcopi omnem jurisdictionem sibi vindicarunt in Clericos & monachos, non autem in seculares personas, nec in caussis Criminalibus, „ quondam enim, si de causa judicialiter & secula- „ riter coram principe tractabatur, nullus Catholicus Episcopus tali cau- „ sae se inserebat, quae per mortem vel membrorum mutilationem punien- „ da erat; e contra moderni Episcopi causas mundanas cum regibus & „ principibus examinant & expeditiones ordinant" (6), & in tantum postea increvit eorum potestas, praesertim apud Francos (7), ut & quaecumque causae civiles ad Episcoporum Tribunal traherentur, imo ceteris judicibus nulla cognitio relinqueretur, ne in atrocioribus quidem Criminibus,

(5) Sunt verba GERHOHI *in libro de Aedificio Dei*, *apud* PEZIUM *in nov. Thes. Anecdotorum Tom.* II. *p.* 376.

(6) ibidem.

(7) Conf. CONRINGIUS *de judiciis vet. Germani* §. 30.

nibus, nisi auctoritate ac jussu eorum. Ipsi vero Ecclesiae praepositi non nisi apud judicem Metropolitanum vel apud Primatem Dioecefeos vel Pontificem Rom. damnari vel judicari poterant.

Nimia illa auctoritas in ejus temporis statu publico rationem habebat; scilicet CAROLUS MARTELLUS, Praefectus Palatii, ratione politica ductus Clericorum Ordinibus eripuerat bona iis propria, vel antiquo Titulo Dominii, vel Donationis a Regibus & privatis factae. — Illis bonis, ut & ceteris terris foedalibus multa adhaerebant jura & privilegia. — PIPINUS ut & CAROLUS MAGNUS foeda illa Nobilibus, quibus concessa erant, auferre nolebant, ut autem Clerici non nimio damno afficerentur, iis alia bona dederunt, & ita Ecclesiasticis de novo foedae cum juribus adnexis, adeoque etiam cum justitiae administratione, acquirebantur. (8) Hi admittebant per consequentiam *jus foedale* in iis casibus, in quibus *jus Canonicum* a Pontificibus receptum tacebat: in reliquis autem casibus jure Canonico utebantur. — Postea numerus Jurisdictioni Ecclesiae subjectorum indies crescebat, leges enim omnes Barbarorum erant tales (9), ut unusquisque eligere posset, secundum quam legem judicari vellet; (unicuivis enim genti devictae suas leges relinquebant) quam ob rem HINCMARUS, Lugdunensis Episcopus, ait „ quando sperant ob id „ lucrari ad legem Romanam se convertunt, quando vero per legem non „ aestimant acquirere, ad Capitula confugiunt " (10). — etiam multi ad jus Canonicum recurrebant, cum judices Ecclesiastici litterarum studio &

(8) Notabile exemplum occurrit in *Historia conversionis* EBRARDI *Vicec. Carnotensis*, ubi legitur. „ Inter illa quidem, quae Domino, per manus pauperum „ suorum condonavit, dedit nobis, Monachis videlicet majoris monasterii B. MAR„ TINI &c. . . . . . . . . . . . . quidquid in dominio haberi videbatur, in Villa illa, „ quae villa Nantulfi nuncupatur . . . . . . . . . . . . . . inferendum est, quod prae„ dicta villa non solum ipsa, ab omni prorsus exactione liberrima hucusque permanserit; verum etiam in tantum hujusmodi privilegio omnes ceteras antecellit, ut de „ proximis circumquaque villis, ad judicium Calidi ferri portandum, & ad bellum „ campionum clypeo & baculo faciendum, ex antiquitate semper illic accusatores, „ & accusati conveniant, *totaque causa ad ipsius Villae Domini deferatur audien„ tiam.*" — Conf. *Recueil des Historiens des Gaules &c. Tom.* XIV. *pag.* 33. *in Fol.*

(9) Conf. MONTESQUIEU *Esprit des Lois Livr.* 28. *cap.* 2.

(10) Apud J. E. BRUNQUELLUM *Hist. Juris parte* 3. *membr.* 2. *cap.* I. §. 7.

& morum integritate fecularibus judicibus & reliquis Dominis foedalibus antecellere videbantur.

Magnas vero nacti divitias, & neceffaria inde fecuta morum diffolutione, poteftate abufi funt Episcopi, ita ut multas caufas pleno jure & ratione alienas, ad fuum forum traherent; hoc argumento infeliciter utentes, „ in „ omnibus factis humanis peccatum committi poffe, ergo Dei intereffe, „ ut tales caufae a fuis miniftris vel interpretibus inquirerentur" — (11).

Sed redeamus ad inftituti rationem, & ex dictis facile patebit, in quo Tribunali purgationes debuerint inftitui.

Primo obfervandum eft, Purgationes fuiffe *Canonicas* vel *Vulgares*. — fcilicet Ecclefia, quae, uti jam vidimus, ipfa judiciorum Dei femina pofuerat (12), tamen crudelia remedia, quae poftea inventa fuerant, nunquam probaverat, fic ALEXANDER III. Papa (Epift. 19.) inquit. „ Ferventis „ vero aquae, vel candentis ferri judicium, five Duellum, quod mono- „ machia dicitur, Catholica Ecclefia............. non admittit." — & STEPHANUS V. Papa, alio loco dicit „ Ferri candentis, vel aquae „ ferventis examinatione, confeffionem extorqueri a quolibet, facri non „ cenfent Canones," — tamen neceffitate coacta, ea remedia Ecclefia tolerare debuit, uti fupra Cap 1. vidimus, vel ab Episcopis permittebantur & defendebantur; quorum fententiae non femper cum Ecclefia Romana conveniebant (13). Idcirco illas purgationes *Vulgares* vocarunt, ut distinguerentur a *Canonicis* Purgationibus, id eft ab iis, quas Ecclefia indicave-

(11) Ceterum quod ad difcrimen attinet *judicii Ecclefiaftici* & *Secularis*, plura videri poffunt apud GERHOHUM *de Aedificio Dei* in fupra cit. *Thef.* PEZII, ex quo de opinionibus ifta aetate probatis poterit judicari.

(12) Nimis generalis enim videtur fententia CH. THOMASII in *Diff. Acad. Tom.* 3. *pag.* 453. quod nempe omnes purgationes ita dictae vulgares, Duello tantum excepto, a Clero fi non *inventae*, faltem *approbatae* fuerint.

(13) Praeter controverfias, a primis temporibus inter Episcopos & Papas agitatas, hac de re memorabile fuit Exemplum ARNOLDI (de Breffe) difcipulus & Amicus ABELARDI, qui doctrinam fuam, pravis moribus monachorum & Clericorum directe contrariam, publice proponebat: multi repente fuam doctrinam fequebantur; quod poftea turbis *Valdenfium*, *Albigenfiumque* locum dedit, & eo memorabilius eft, quia hic prima infeliciffimi *Tribunalis Inquifitionis* quaerenda eft origo. Vid. J. LA VALLÉE *Hiftoire des Inquifitions* &c. Paris. 1809. *Tom.* I. *pag.* 53. & fuivantes.

caverat ad res occultas detegendas, & quae in *Sacramentis* praecipue consistebant (14).

Dubium non est, quin *Canonicae* probationes alio in loco, quam in Ecclesiis, instituerentur; Purgationes autem *Vulgares*, licet ab Ecclesia tantum toleratae, tamen etiam coram Episcopis, vel a sacerdotibus ab iis delegatis, & judice seculari peragebantur. Sic enim habetur in Leg. EDWARDI *confessoris. cap.* 9. „ Die illo, quo judicium fieri debet, veniat illic „ minister Episcopi cum Clericis suis, & similiter justitia Regis cum le- „ galibus hominibus provinciae illius, qui videant & audiant, ut aeque fiant „ omnia, & quos Dominus per misericordiam suam, non per merita, sal- „ vare voluerit quieti sint & libere recedant, & quos iniquitas culpae, „ non Dominus, damnaverit justitia regis de ipsis justitia facit" (15).

De probatione per Aquam eaedem leges EDWARDI *confess. cap.* 9. & ECKARD *jun. de casibus S^t. Galli cap.* 14. habent, „ quin & in ipsa „ Ecclesia actitatum est," & in statutis CALOMANNI Regis Hungariae Lib. I. „ judicium ferri candentis, & Aquae in aliqua Ecclesia „ fieri indicimus, nisi in sede Episcopi & majoribus praepositurís." — Nec mirum, judicia Dei in conspectu Ecclesiasticorum facta esse; vidimus enim, Episcopis in quibuscumque causis Civilibus & Criminalibus cognitionem relictam fuisse & insuper ostendimus, illa experimenta hoc principio niti, quod Deus judex fiebat, ubi humani ingenii acies veritatem distinguere non poterat; — Missis ergo, Psalmis, Litaniis justitia Divina implorari debebat, benedictionibusque & exorcismis maleficia Diabolica averti: haec omnia ad forum Theologorum pertinebant; instrumenta etiam, in diversis purgationibus necessaria, in Ecclesia custodiebantur; populus enim credebat, non alibi ea melius servari posse a Magia & maleficiis Diabolicis, ne innocentibus noxia fierent, nec facerent, ut improbus evaderet salvus: ipsa illa custodia monachis, quibus commendata erat, non parum prode- rat:

(14) Conf. MATHEUS *manuductio ad jus Canonicum Lib.* 3. *Tit.* 11.

(15) Imo *Sinodali decreto*, purgationes vulgares aliquando institutas fuisse, ex sequentibus aperte constat. „ Anno Domini 1028. in *Sinodo* (Geislic) homo in- „ genuus de homicidio Sigefridi comitis incusatus, candenti ferro se excusavit; „ qui ex *decreto Sinodali*, post duas noctes, probatus illaesus apparuit." Conf. „ *Recueil des Historiens des Gaules & de la France Tom.* XI. *pag.* 418. In fol.

erat: quacumque enim in causa haec instrumenta usurpari necesse erat, certa pecuniae summa erat solvenda; denique tota purgationum institutio magis in actibus vel poenis *religiosis*, quam *judicialibus*, consistebat.

Sed quid dicendum de *Duellis?* hic probandi modus omnium maxime usitatus, Nobilibus praesertim acceptus, an etiam auctoritate Episcoporum vel coram iis fuit institutus? negando respondendum videtur, cum nusquam legatur, Episcopos tanquam *Ecclesiae praepositos* hanc potestatem habuisse; sed cum jus *Duellum tenendi* (uti tunc loquebantur) ex institutis foedalibus magnam vim acquireret, & Episcopi, Abbates, foedis acquisitis, Domini foedales facti sint, non dubium est, quin & illo titulo Duellum tenendi jus receperint & illud instituerint, quod multis exemplis constat. IVUS A CASTRO (*Ives de Chartre*) objicit Archi Episcopo urbis Aurelianensis, & aliis, in causis civilibus nimium quantum Duella ab iis fuisse instituta, & anno 1103 monachi St. Sergiae cogebantur Episcopo GOTHOFRIDO (*Geoffroy de Maine*), probare duello, decumana, de quibus quaestio orta erat, ad eos jure pertinere.

Observandum denique jus Duellum tenendi non omnes foedales Dominos habuisse, sed tantum illos, quibus speciali lege, aut consuetudine (16), competebat. Haec distinctio potissimum usu venit in atrociore crimine, cum dicatur in *stabilimentis St. Ludovici Lib. 1. cap. 38.* „ *Et encore ont plus li vavasseur: car eus tiennent leurs batailles devant eus de toute chose fors* (17) *de grande meffez* " (18), tunc enim, licet in inferiori cura duellum *vadiaretur*, in ea tamen non peragebatur, sed in curia majoris Domini, ad quem hoc jus spectabat.

(16) Conf. argumentum notae 8. hujus cap.

(17) FORS a *l'Exception.*

(18) MEFFEZ, *meffait*, *tort*, *crime*, *malefactio malefactum* &c. vid. J. B. B. ROQUEFORT *Glossaire de la langue Romane* in illa voce.

S E C.

# SECTIO SECUNDA.

## *DE JUDICIIS DEI, SIVE PURGATIONIBUS ET PROBATIONIBUS CANONICIS.*

Vidimus ſupra (Sect. I. cap. 2. pag. 12 in fine), Eccleſiam etiam admiſiſſe nonnulla rem.dia juris, quae *judiciorum Dei* nomine comprehenduntur, non autem tam magno numero fuerunt, quam remedia *Vulgaria*, & ad *duo* referri poſſunt, ſcilicet ad JUSJURANDUM, & purgationem PER S^t. EUCHARISTIAM; licet nonnulli *purgationem per Euchariſtiam* ad *Vulgaria remedia* referant; uti ſuo loco videbimus.

## CAPUT I.

### *DE JUREJURANDO,*

Jusjurandum omnium antiquiſſimum fuit remedium, ad veritatem indagandam, vel affirmandam. De ejus forma & hiſtoria, multi multa ſcripſerunt, ita ut ſupervacaneum cenſeam, illa omnia hic repetere. — Cum autem hoc remedium inter judicia Dei *primario* loco eſt, quia Eccleſia illud, ut optimam veritatis indagandae viam indicaverat, ſi teſtibus, vel idoneis inſtrumentis, res probari non poſſet (1), aut reus crimen objectum

(1) Conf. arg. *leg.* WISIGOTH. *Libr.* 2. *Tit.* 1. *l.* 22. & *Libr.* 2. *Tit.* 2. *l.* 5.

jectum fateri nollet, idcirco hanc purgationem filentio prorfus praeterire non poffum.

JUSJURANDUM JUDICIALE ET PURGATORIUM (2), hic itaque intelligitur. „ *Affeveratio religiofa*, *qua reus indiciis gravatus*, *deficiente alia probatione*, *mediante invocatione Dei*, *in teftem & vindicem*, *ratione imputati criminis fe innocentem effe*, *adeoque veritatem fe profiteri affeverat* " (3).

Variis formulis & modis praeftabatur jusjurandum (4), inprimis autem fucceffu temporis receptum fuit, jurare *tefte Deo* (5) *fuper Evangeliis*, *Altari*, *Reliquiis*, vel *Sanctorum tumulis*. His enim ritibus & ceremoniis juramentum magis efficax reddi multis erat perfuafum; ut ait AUGUSTINUS (*Epift.* 78.) „ Elegi aliquid medium, ut certo placito ambo fe „ conftringerent ad locum fanctum fe perrecturos, ubi terribiliora opera „ Dei non fanam cujuscumque confcientiam multo facilius aperirent, & „ ad confeffionem vel poenâ vel timore compellerent.

A judice delatum jusjurandum non in continenti praeftabatur, fed demum poft aliquod temporis intervallum. Sic lege LONGOB. (*Lib.* II. *Tit.* 56. *leg.* 6.) venia jurandi dabatur *usque ad* XII. *noctes*; & inde etiam fapientia legum ita dictarum Barbarorum maxime apparet, quod in re tanti momenti, quanti eft Sacramentum, moram concederent, ne prae feftinatione accufatus perjurium committeret. Eo autem jusjurandi nomine, quod praeftari in futurum deberet, *pignora* feu *Vadia* dabantur, judici vel adverfario.

Non tantum ipfemet reus jurare poterat, feu uti dicebatur *jurare* fua *ma-*

(2) Vulgari nomine etiam dicitur *Sacramentum*, vel *Spiritualis tortura*, quia non ex jure Civili, fed ejus in Criminalibus ufus proprius ex jure Canonico deducendus eft. Vid. J. CH. KOCH *Inftit. Juris Crim. Libr.* 3. *cap.* 23. §. 889.

(3) Vid. J. S. F. BOEHMER *Elem. Juris Crim. Sect.* 1. *cap.* 14.

(4) Conf. SICCAMA *in notis ad Tit.* 12. leg. *Frifionum*, ARGRINUS JONAS *Crymologaea five rerum Islandicarum Libri* III. *Libr.* I. *cap.* 9. *p.* 100. & EKHART *ad leges Salicas*, *p* 94. *n.* CONJURATORES.

(5) In *leg. Longobar. Lib.* 3. *Tit.* 24. enim interdicitur *jurare per vitam Regis*, cum vetus erat ritus *jurare in pecunia*, id eft *tefte Rege*, cujus effigies in nummis plerumque expreffa eft. Conf. J. F. POLAC *Syft. Jurispr. German. Antiq. Lib.* 4. *cap.* 11.

*manu* (6), sed & *per procuratorem*, vel *juratorem*, id est, *vicariis manibus*; quod tamen privilegium *masculis solis* concessum fuit.

In rebus majoris momenti valde dubiis, praecipue criminalibus (7), praeter rei, actorisve asseverationem requirebatur, ut alii jurarent cum actore, reove, quorum numerus pro variis causis differebat (8); hinc, si quis *uno* juratore adjuvatus veritatem contendebat, dicebatur *jurare in manu proximi*; si *duobus* in *manu tertia*, & sic porro usque ad *trecentos*, *Trecentecima manu* (9). Egregium hac in re, & notissimum, est exemplum GONTRAMI Burgundiae Regis; CLOTARIUM II. fratris sui CHILPERICI & FREDEGUNDAE filium legitimum, agnoscere nolebat. FREDEGUNDA tunc non tantum *sua manu* CLOTARIUM partum legitimum esse affirmavit, sed idem Sacramento confirmarunt *tres Episcopi*, *trecentique alii testes*, & GONTRAMUS illo argumento convictus fuit. Forte cum HOTMANO (10), hunc *conjuratorum* (11) usum prima fronte mirum & ridiculum dicas „, cum absurdum & iniquum sit, non modo ci-„, vili, verum etiam gentium jure, alterum de alterius facto jurare." Sed evanescit omnis difficultas, si paulo accuratius facta conjuratorum examinemus. Non uti Vir Cl. ait „ illi de alterius conscientia, ex alieni animi „ sententia, & in eadem quae ille verba jurabant: atque aliquid ab eo fac-„, tum esse vel non esse affirmabant" hoc enim nemo potest; sed, declarabant tantum, se asseverationem a reo factam pro *vera habere*, vel se *credere*

(6) Quod probe distinguendum a *jurare* propria *manu*, quod significat *instrumentum subscriptione crucis signare.*

(7) Idem aliquando obtinuisse in causis Civilibus patet ex *leg.* LONGOB. *Lib.* 2. *Tit.* 55. *leg.* 9.

(8) V. gr. in homicidio lex pro simplicitate, probationem trium *testium* quaerebat; si testes autem haberi non poterant, concedebat lex *ut cum* XII. *juratoribus juret reus.* Vid. *leg.* LONGOB. *Libr.* 1. *Tit.* 9. *leg.* 37.

(9) Quando *majus vel minus Sacramentum* peragi dicitur in leg. FRISION. *Tit.* 1. *leg.* 11, 13, 14. Conf. & DU CANGE in Gloss. voce JUSJURANDUM.

(10) *In Disput. de feodis*, *cap.* 40. *Oper. Tom.* II. *p.* 891.

(11) Sic vocantur v. gr. in *Leg.* SAL. *Tit.* 50. §. 3. in *Leg.* FRISION. *Tit.* 14. alio loco alites, uti *Sacramentales*, in *Leg.* ALEMAN *cap.* 6. *leg.* 2. *Leg.* BAWARIOR. *Tit.* 1. *cap.* 3. *leg.* 1. & 2. *Sacramentarii*, *Juratores* in *Leg.* SAL. *Tit.* 55. §. 1. 3 & 8. in aliis legibus etiam *Purgatores*, *compurgatores*, *juramentales* &c.

*dere*, *eum vera dixiſſe* (uti habet MATHEUS *Maneduct. ad Jus Can. Libr.* 3. *Tit.* 11.); hinc etiam recte THOMASIUS ait „ non de *veritate* „ *delicti* jurabant, ſed *de honeſtate jurantis*" (12). Inde etiam illuſtrari poteſt illa conſuetudo, quod *non reus tantum*, ſed & *accuſator* (13) conjuratores eligere potuerit (14); ut illi, quibus indoles & vitae ratio accuſati cognita eſſet, inde tacite teſtimonium quaſi redderent, Sacramentum rei ſuis Sacramentis firmando.

Ex dictis ſatis intelligitur, conjuratores illos viros bonos, & integrae exiſtimationis eſſe debuiſſe; ſed inſuper requirebantur, ejusdem ſexus, ordinis, & conditionis, cujus erat primarius reus, uti dicitur in *Leg.* FRISION. *Tit.* 1. *leg.* 7. „ Si lituus nobilem occiderit. . . . . . . . . Si negaverit, „ cum 35 *juratoribus*, *ſuae conditionis* ſe excuſet &c."

Poterant interdum ex proximis agnatis vel cognatis eligi (15). Semel electi conjuratores jejuni discutiebantur a judice. Modus autem, quo Sacramentum praeſtabant, ita deſcribitur in *Leg.* ALEMAN. *cap.* 6. *leg.* 7. . . . *ut illi conjuratores manus ſuas ſuper capſam ponant, & ille ſolus cui cauſa requiritur verba tantum dicat, & ſuper omnium manus manum ſuam ponat, ut, ſic illi Deus adjuvet, vel illae reliquiae ad illas manus, quas comprehenſas habet, ut de illa cauſa unde interpellatus eſt, culpabilis non ſit.*

Praeſtito purgatorio jurejurando plerumque abſolvebatur reus, & ab omnibus indiciis purgatus famam & honorem conſervabat (16). Si autem actor in accuſatione perſiſtebat, nec tamen interpellatum pejeraſſe probare poſſet, ex mutuo conſenſu duellum a judice decernebatur. — De quo poſtea videbimus.

(12) Conſ. *Diſſ. de vera origine, natura & progreſſu judiciorum Weſtphal. in Diſſ. Academ. Tom.* III. *pag.* 507. *n. P.*

(13) Vid. *Leg.* LONGOB. *Libr.* 2. *Tit.* 55. *leg.* 5.

(14) Ea autem lege, ut ex *tribus* teſtibus reus *duos* rejicere poſſet, Leg. ALEMAN *cap.* 6. *leg.* 2. *in fine*, non enim licebat actori illos eligere absque conſenſu cauſatoris; qui ſemper jus recuſationis retinebat, ſi ob legitimam cauſam ſuſpecti erant.

(15) Vid. *Leg.* BURGUND. *Tit.* 7. *de Objectione criminum.*

(16) Plura de hoc judicii genere habet, HEINECCIUS *Elem. Juris Germ. Tom.* II. *Libr.* 3. *Tit.* 6. §. 216.

C A-

# CAPUT II.

## *DE PURGATIONE PER St. EUCHARISTIAM.*

Jam in initio hujus Sectionis dixi, non unam esse sententiam de hoc purgationis genere: multi contendunt *jusjurandum* solum remedium fuisse ab Ecclesia probatum, & hinc purgationem per St. Euchariſtiam *vulgaribus* annumerant. Alii vero illam *Canonicam* vocant (1): & sane posteriorum sententia videtur admittenda; nam priores ex vero illo argumento, quod solum jusjurandum canonicum judicium fuerit, falsam deducunt consequentiam: vix enim Purgationem per St. Euchariſtiam a jurejurando differre censemus, imo idem fere esse, sed alia forma, moribus opinionibusque Clericorum, accommodatam.

Thesis enim illius aevi fuit (2) „ *Laicus si necesse sit per jusjurandum se expurget;* Presbyter *vero* vice juramenti per St. consecrationem „ interrogetur, *quia sacerdos ex levi causa jurare non debet.*" Quando itaque sacerdos aut alius quis Clericorum, de furto vel alio crimine in Ecclesia facto accusatus, non autem manifestis rationibus convictus, juramento crimen a se amoliri non poterat, *ne manus, per quam corpus & sanguis Christi conficitur, juramenti pollicetur*, debebat corpus Domini J. Ch. ore accipere, & adstantibus dicere, *sit corpus Domini mihi ad probationem hodie*, & ita se a crimine objecto purgare, relicta & commissa Deo cura puniendi hominem, si per mendacium facinus commissum negasset. — Eo

(1) Uti THOMASIUS *in Diss. Acad. Tom.* III. *pag.* 453. *not. T in fine.*
(2) In *Consil. Triburiense cap.* 21. apud DU CANGE in Gloss. voce EUCHARISTIA.

Eo magis hic purgandi modus Clericis placuit, cùm praeëuntes haberent Max. Pontifices, veluti GREGORIUM VII. &c. (3).

Multa exstant hujus judicii exempla. LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS (4) in libro de *Rebus Gestis Germanorum* ad annum 1050, refert „ quod SIBECHO (alio loco SIBICO) Spirensis Episcopus „ de criminibus, quibus accusabatur, *Sacra communione* se expurga- „ vit" &c. (5). Si plurimorum criminum suspectus habebatur clericus, non una consecratione se eluere poterat, sed pro singulis delictis Missam celebrare & se innocentem ostendere jubebatur.

Haec purgatio *Clericis* propria, videtur tamen interdum etiam *Laicis* imposita fuisse: tale exemplum refert Cl. DU CANGE *in Gloss.* Scilicet EULALIUS, Avernensis Comes, accusabatur matrem suam strangulasse vel suffocasse; ut autem ab illa accusatione se liberaret, CANTINUS Episcopus ejusdem civitatis, exegit ut *Eucharistiae probationi* se submitteret &c..... Illa tamen in Laicis videtur obtinuisse differentia, quod *Laicus, antequam communicet, Sacramento ad St. Evangelia praestito, prius se culpa exuere tenebatur*, quod secus fuisse in Clericis ex antedictis satis apparet.

(3) Conf. HEINECCIUS, *Elem. Juris Antiq. Germ. Tom.* II. *Libr.* 7. *Tit.* 6. §. 237.

(4) LAMBERTUS Monachus Hirsfeldensis, vir sane eruditus, auctor accuratus, & diligens, claruit temporibus HENRICI IV. Imp.

(5) Conf. *Recueil des Historiens des Gaules &c. Tom.* XI. *p.* 60. & in Append. *pag.* 641.

S E C-

# SECTIO TERTIA.

## *DE JUDICIIS DEI, SIVE PURGATIONIBUS ET PROBATIONIBUS VULGARIBUS.*

DEI JUDICIA, quae ab Ecclesia fuerunt reprobata, duplicis generis sunt; distinguuntur scilicet in MONOMACHIAS vel DUELLA, & in ORDALIA vel PURGATIONES PER ELEMENTA; posteriora iterum a nonnullis dividuntur, in *Peregrina*, & *Christiana judicia*; sed cum omnium specierum aeque incerta sit origo, haec divisio rejicienda videtur.



## CAPUT I.

### *DE DUELLIS.*

DUELLUM, MONOMACHIA, (veter. Germ. WEHADING (1)) est *certamen singulare, quod olim duo aut plures singulares adversarii inter se* publica auctoritate *constituebant, quoties occultum crimen aut purgari, aut confirmari certis indiciis nequibat, sibi persuasum habentes, Deum veritatis ac innocentiae vindicem, melioris causae patrono*

(1) Conf. WACHTER *in Gloss. Germ. in illa voce.*

*no victoriam decreturum* (2); hoc Duellum primum locum inter judicia Dei Vulgaria obtinere debere, & frequens ejus usus, & antiqua origo maxime commendant.

Ab omnibus fere Europeis gentibus, DUELLUM receptum erat; non tamen apud omnes populos hujus judicii usus aeque late patebat. Apud Francos lege PHILIPPI PULCHRI constitutum erat, „ ne Duello certare, nisi ob capitales accusationes liceat; — & eo demum casu, quo „ facinus commissum fuisse constat, cujus tamen probatio nulla exstat" (3). Crimina, de quibus apud Hollandos armis contendere licebat, haec praecipua erant, *Laesae Majestatis*, *Perduellionis* (4), *Insidiarum in vitam Principis*, *Stupri violenti*, *Perfidiae*, & in casu quo *judex injustam sententiam tulerat* (5). FREDERICUS II. Imp. in *tribus* tantum criminibus duellum permittit, in reliquis interdixit, *Laesae majestatis*, *Caedis*, & *Veneficii*. Apud alias gentes praeter supra enarrata delicta, etiam in levioribus causis, monomachiae jubebantur, sic a Longobardis in unoquoque fere crimine receptum fuit (6); v. g. *si quis qualemcumque hominem coram Rege accusaverit, quod ad animae suae periculum pertineat, liceat ei qui accusatus fuerit cum sacramento satisfacere, & se idoneare: & si talis causa emerserit, ut adsit homo in praesentia, qui crimen inmittit, liceat ei per campionem, id est pugnam, crimen ipsum desuper se ejicere &c.* (7). Apud Thuringos (8) in furto a duobus solidis, usque ad maximam compositionem; apud Bawarios (9) ob 12

(2) Satis intelligitur hanc definitionem tantum esse Duelli, tanquam *judicium Dei* spectati.

(3) Hanc PHILIPPI constit. retulit HOTMANUS *cap.* 42. *de foedis Op. Tom.* II. *pag.* 902.

(4) De quibus causis DE BEAUMANOIR (in libro *de Consuetudinibus*) dicit: „ car li vilains cas sont si vilains, que nul épargnement ne doit être envers celi „ qui accuse."

(5) Conf. ALKEMADE *Holl. Kamprecht. cap.* 15. *pag.* 35. & *cap.* 20. *p.* 51. *in* 8vo.

(6) Conf. HOTMANUS *L. supr. cit.*

(7) Vid. *Leg.* LONGOB. *Libr.* 1. *Tit.* 1. *Leg.* 7.

(8) Vid. *Leg.* THURING. *Tit.* 15. *de Campo.*

(9) Vid. *Leg.* BAWARIOR. *Tit.* 8. *leg.* 3.

12 solidos vel amplius, &c. Sed omnes casus enumerare vix opus est.

Orta itaque controversia, (quam etiam appellabant *Duellarium vulnus*) actor coram judice reum de facto accusabat, is autem respondebat, actorem mentitum esse, & judex Duellum decernebat, ut armis veritatem contenderent. Saepe etiam Duellum instituebatur, ut eo confirmaretur quod jam jurejurando esset declaratum. (Vid. quae diximus *Sect.* II. *cap.* I. *p.* 18.) sic in *capitul. Regis* DAGOBERTI dicitur, *sponde mihi pugnam, & manifestet Deus, mendacium an veritatem jurasti contra me* — non autem suapte quis duello contendere veritatem licebat: sed judex qui jus *Duellum tenendi* habebat (conf. quae diximus *Sect.* I. *cap.* 2. *p.* 14.) illud iis *firmare* & decernere debebat; unde haec regula: *La Bataille doit être octroiée par la justice*, Pugnam suscepturi *Vadium Gagium* (Gage de combat) seu *pignus* apud judicem deponebant; quod *Duellum Vadiare* dicebatur, ut postmodum pro damni ac jacturae compositione cederet. Aliquando etiam *obsides* dabant, qui mulctam solvere tenebantur, si is a quo erant dati in Duello superaretur; unde adhuc Galli proverbium retinuerunt quod Cl. DU CANGE refert ex *vet. consuetudino Lorriaci*.

„ C'est une loi, & commun dis,
„ Qu'en la coustume de Lorris
„ Quoiqu'on ait juste demande
„ Le *Battu paie l'amende.*"

*Vadiis* datis, provocans Sacramentum praestabat, super S^t. Cruce, Altare, vel Reliquiis *non asto animo pugnam obtulisse*, imo & uterque litigator jurabat se pro sola veritate certaturum. Pro qualitate autem delicti vel litigantium, jusjurandum gravius vel levius requirebatur (10). Si autem litigantes duellum inibant ante peractum jusjurandum, dicebantur *se mettre en faux gage* (*falsum Vadium incurrere*), & contra, qui omnia legitime probabat, & leges Duello praescriptas observabat, dicebatur *se mettre en loiaus gage*. Duello a judice decreto, ab eo inconsulto Domino (qui pugnam institui jusserat) recedere non poterant; qui si in pacem consentire

(10) Conf. ALKEMADE *Holl. Kamprecht cap.* 44. *p.* 125. & quae diximus *Sect.* II. *cap.* I. *pag.* 17. *n.* (9).

re nollet, eos adstringebat aliquando, ad certamen perficiendum, & diem pugnae ad 40mum. indicebat. *Nobiles* equis insidentes armis in bello usitatis, decertabant, vultu buccula tecto; *Villani* vero baculo dimicabant, & aperto vultu: hinc hi in facie vulnerari poterant; inde apud Gallos originem trahit, quod si nobilis pugno vel baculo fuerit caesus, injuriatus censeretur, adeo ut sanguine tantum illa macula extingui posset (11).

Vidimus supra (pag. 22.) non in omni causa Duellum fuisse receptum: sic nec unicuique licebat, armis veritatem affirmare. Multi excipiebantur ratione aetatis, v. gr. *Minores* 21 *annis* (12) *Majoresve* 60 *annis*, *Aegroti*, *vel aliquam infirmitatem passi*, 2do, ratione sexus, *Mulieres* (13), & 3tio. ob statum, duellum *Sacerdotibus*, *Clericis* & *Monachis* vetitum erat; dicitur enim in *Leg.* LONGOB. *Libr.* 2. *Tit.* 55. *leg.* 40. „ Ut Ecclesiae & Viduae lites suas ...... per advocatores per pugnam dirimant. „ Ce-

(11) Conf. MONTESQUIEU *Espr. des Lois. Liv.* 28. *chap.* 20.

(12) Conf. *Stabilimenta St. Ludovici Libri* 1. *cap.* 71 & 140.

(13) Interdum etiam duellum inter *virum & foeminam* usitatum fuisse putat THOMASIUS *in Diss. Acad. Tom.* III. *pag.* 452. §. 19. *not. R*, & sequentem locum ex vetere manuscripto excerptum in probationem adfert. „ Der Mann stehet, „ in einer runde, etwas weide Grüben in der Erde, bis an den Gurtel; hat in den „ rechten Hand einen Kolben, mit dem er nach der Frauen schlägt; er darft aber „ nicht heraus gehen, noch der Frauen nachlauffen, auch nicht einmal mit der freijen „ Hand sich an die Grübe, oder das Endrecht anhalten, bey Verlust des Sieges. „ Die Frau hat einen Schleijer in der Hand, in welchem vornen ein Stein von etlichen Pfunden geknüft ist, womit sie nach dem Mann schlägt. Wenn die Frau „ dem Mann hinter den Rücken kommen kan, bemühet sie sich dessen Kopf hinterwerts aus der Grüben zu ziehen, und ihn zu würgen; parit der Mann den „ Schlag mit den Schleijer, mit den Kolben aus, so umwickelt sich der Schleijer „ um den Kolben, und erlangt die Frau dadurch Gelegentheit, dem Manne den „ Kolben aus der Hand zu reissen. Parirt aber der Mann den Schlag mit den linken „ und freijen Arm aus, so umwickelt sich der Schleijer um den Arm, und hat der „ Mann alzo Gelegentheid die Frau zu sich in die Grübe zu ziehen da er dann „ trachtet, die Frau in der Mitte des Leibes zu fassen, und sie in die Grübe zu „ ziehen, auch zu wellen umzuköpein &c."

Non minus singulare fuit certamen judiciale, inter *Virum* & *canem*, in Francia jussu CAROLI V. Gall. Regis institutum, quod tamen exemplum satis notum est, ut illud hic paucis verbis tetigisse sufficeat. Conf. MONTFAUCON *Monument. Franc. Monarch. Tom.* III. *pag.* 69.

„ Ceteri vero natura liberi...... per semet ipsos respondeant & determi-„ nent." Si hae personae tamen pugnae judiciali occasionem dederant, eorum loco *Vicarios* vel *Campiones* mittebant. De quorum *Campionum* conditione, & usu in Duellis, nunc dicendi locus est.

CAMPIONES erant *qui pro aliis, qui Duellum inire ex lege jubebantur*, & *quapiam ex iis causis, quas jus admittit, excusabantur, certamen & duellum suscipiebant, cum reus vel Actor, qui accusabatur, vel accusabat, ad id teneretur* (14).

De *senioribus* expresse dicitur in *Justitia Lubicensi data anno* 1158 (15). „ nullus cogi potest ad Duellum, nisi sit 35 *annorum & amplius*. Simi-„ liter nec qui est *supra* 60 *annos;* aetatem vero suam *sola manu* obtine-„ bit, in reliquis ipse autem habebit *pugilem*." Et in *Leg.* LONGOB. *Libr.* 2. *Tit.* 55. *Leg.* 38. „..... ut si quem juvenilis aut decrepita aetas, „ seu infirmitas pugnare prohibuerit, liceat ei pro se *pugnatorem* pone-„ re &c." (16).

*Milites* praeterea seu *Magnates*, ut & qui ex indulgentia Principis hoc privilegio gaudebant (17), denique generatim quivis, in omnibus criminibus, capitalibus dumtaxat exceptis (18), *Campiones* dare poterant. Singulare satis est, quod & Campiones non semper ipsimet pugnare tenebantur; sed & *Pugilem* dare poterant, qui eorum munere fungeretur (19).

Ipsi Campiones plerumque erant mercede conducti, & gladiatoribus assimilari possunt, de quibus MANILIUS Poëta dicit. „ *Nunc caput in* „ *mortem vendunt, & funus arenae.* Aliquando etiam sese addicebant Dominis, ut, quandocumque eorum opera indigerent, hoc munere fungerentur, accepta certa pecuniae summa, cujus ratione *homagium* faciebant (20). Quoties autem duellum suscipiebant, jussit FREDERICUS II. Imp.

(14) DU CANGE *in Gloss. voce* CAMPIO.

(15) Apud E. J. DE WESTPHALEN *Monum. inedit. Rerum German. Tom.* IV. *pag.* 628. *in Fol.*

(16) Conf. etiam *seq Leg.* 39.

(17) Conf. MIRAEUS in *Donat. Belg. Libr.* II. *cap.* 52.

(18) V. gr. in parricidio & aliis atrocioribus criminibus; nisi decrepita aetas, aut infirmitas pugnare prohiberet. Conf. *arg. Leg.* LONGOB. *Libr.* I. *Tit.* 9. *leg.* 38.

(19) Conf. MIRAEUS *l. supr. cit. cap.* 35.

(20) HOMAGIUM *triplex* erat. 1mo. Promissio, *hominem* seu *Leutem* id est fide-

Imp. (21) „ ut campum ingressi confestim jurent, quod juxta probabi-
„ lem credulitatem eorum credunt dominos, pro quibus pugnam intrave-
„ rint, veritatem fovere, & non per calumniam, seu per astum ad occasio-
„ nem propositam, seu defensionem adhibitam processisse; & quod omni
„ studio partes, pro quibus pugnant, adjuvabunt."

Sed ipsa illorum hominum conditio durissima erat. 1mo. semper pedestres, fusto, vel baculo & clypeo pugnare debebant, 2do. capite tondebantur antequam in campum descenderent; *Latro de furto convictus tondeatur ad modum Campionum* dicitur in Statut: RICHARDI I. Angliae Regis, (apud R. HOVED. pag. 666.). Videtur enim antiquissima opinio fuisse etiam apud Romanos, quod ex partibus corporis capilli praecipue possent inservire ad maleficia perpetranda. Insuper judex cavere debebat, ne *campio herbas quae ad maleficia pertinent supra se habeat* (22); quod & reus sub jurisjurandi religione confiteri cogebatur. 3tio. denique *Infames* habebantur Campiones, *Lusoribus*, *mulieribusque publicis* assimilabantur: dicit enim *Wichbild Magdeburg* Art. 129. (apud DU CANGE *in Gloss. voce* CAMPIO.) „ Percutiat si quis hominem infamem, hoc est, *lusorem*, vel *pu-*
„ *gilem*, aut *mulierem publicam* &c." — Latius procedit Lex Frisionum (Tit. 5. leg. 1.) quae statuit „ *Campionem*, & eum qui in praelio fue-
„ rit occisus (id est, qui in duello victus fuerit) & adulterum, & fu-
„ rem ...... & incendiarium, a quibusvis posse occidi sine composi-
„ tione."

Nec minus periculosum illorum munus erat: semel enim devicti, nusquam ad novam pugnam admittebantur, imo saepe tali in casu ob perjurium, quod censebantur ante pugnam fecisse, dextra manus iis amputabatur (23); aut si in causa capitalis criminis dimicassent, capitali supplicio plectebantur (24). — In tali causa capitali, actor vel reus principalis, durante pugna,

*fidelem Domini* esse. 2do. *Homagium ligium* quo vasallus Dominum in officiis Palati, fori & belli assistere debebat (quo homagium campionis referendum est) & 3tio. *Homagium planum* seu *simplex*, quo vasallus se adstringebat nihil directe vel indirecte contra Dominum facturum. Conf. MILLOT *Hist. de France Tom.* I. *pag.* 355.

(21) In *Constit.* SICUL. *Lib.* 2. *Tit.* 37. *leg.* 2.

(22) Uti aperte docetur in *Leg.* LONGOB. *Libr.* II. *Tit.* 55. *leg.* 11.

(23) Vid. *Leg.* LONGOB. *Lib.* 2. *Tit.* 51. *leg.* 10.

(24) In *Constit.* SICUL. *Libr.* 2. *Tit.* 37. *leg.* 3. Nec mirum quod hic agatur de cam-

na, custodiebatur collo laqueo circumducto, ut finito Duello suspenderetur patibulo, vel victor abiret.

Satis intelligitur, in ipsa pugna multas ceremonias, leges, & instituta observata esse; quorum cura, ut recte fierent, Extraordinariis ministris (*Herauten*) erat demandata. — Initum vero duellum *tribus intervallis* peragi solebat. — Scilicet cum aequo successu per aliquod tempus pugnaverant, Dux, coram quo certamen habebatur, vel is qui in nomine Ducis praeerat in judicio, pugnantes separari jubebat, & quoquo modo litem componere conabatur; si autem pacem inire nolebant, iterata vice bellum suscipiebant, cui rursus post aliquod tempus, neutro adhuc litigantium devicto, finis imponebatur, ut si alio modo fieri posset, non vita & sanguine decertantium pax restitueretur: illis denuo recusantibus, Duellum non nisi devictione vel caede unius finiri poterat; solus enim *Princeps* (25), non alius judex, qui forte Principe absente Duello praeërat, adhuc manus levare poterat, „ quod si quis privatus in curte Ducis, vel ubicumque pugnaverint cam-„ piones, fecerit antequam jusserit ille cui commendatum est praevidere; „ si liber est 40 solidos componat in publico; si servus manum suam ibi „ dextram perdat; aut Dominus ejus redimat eam, cum 20 solidis." (26).

Ordo quem in hac dissertatione sequimur, postularet ut nunc Historiam & Originem Duelli, enarraremus; quod autem supra (Sect. II. cap. 1. pag. 15.) de *jurejurando* dixi, hic & de *Duellis* repeti potest. Vix enim ac ne vix quidem invenitur argumentum, de quo tot iique doctissimi viri egerunt vel in lucem prodierunt scripta, ut mihi nihil novi dicendum supersit. Multi praesertim Itali originem singularis certaminis ad vetustissima Graecorum atque Latinorum tempora retulerunt; alii a LONGOBARDIS derivarunt: vel ejus institutionem in notissima Burgundionum

campione victo in contestatione de crimine capitali, cum supra pag. 1. diximus, illos tali casu non admitti: hic enim loquimur de constitutione Siciliae; supra vero de lege Longobardorum, atque ab una ad alteram non valet consequentia, & etiam hic casus est quo is, qui Duellum suscipere debebat, id vel propter aetatem, vel infirmitatem non poterat.

(25) Uti locum habuit in causa P. TORELLI & nobilis H. ANKA. Conf. ALKEMADE *l. sup. cit. p.* 231. *& seqq.*

(26) Vid. *Leg.* BAWARIOR. *Tit.* 2. *cap.* 12.

num lege Tit. 45. anno 501. lata (27), invenerunt (conf. quae diximus supra ad Sect. I. cap. 1. pag 4.). Plures prosperum Duelli successum per universum septentrionem, praesertim per illas regiones ubi systema foedale vigebat, ejusque ritus & leges, calamo illustrarunt. Plurimi denique in totam hujus judicii Historiam, abusum, abrogationem, (decretis St. LUDOVICI, aliorumque principum) mutationem, vicissitudinesque, quae in tota jurisprudentia obtinuerunt, de industria inquisiverunt, & ea omnia erudite examinarunt (28). Itaque juvat, diffusam hanc materiam plane intactam relinquere, quam quasi per transennam & obiter tractare.

(27) Cujus legis argumentum huc redit. „ Multos in populo nostro & pervicatione causantium, & cupiditatis instinctu ita cognoscimus depravari, ut de rebus incertis Sacramenta plerumque offerre non dubitent, & de cognitis jugiter perjurare. Cujus sceleris consuetudinem submoventis praesenti lege decerminus, ita quoties inter homines nostros causa surrexerit, & is qui pulsatis fuerit non deberi a se quid requiritur, aut non factum quod objicitur, Sacramentorum obligatione negaverit; hac ratione litigio eorum finem oportebit imponi: ut si pars ejus, cui oblatum fuerit jusjurandum, noluerit Sacramenta suscipere, sed adversarium suum veritatis fiducia armis dixerit posse convinci, & pars diversa non cesserit, *pugnandi licentia non negetur*"........... quoniam justum est, *ut si quis veritatem rei incunctanter se scire dixerit, & obtulerit Sacramentum, pugnare non dubitet.*

(28) Ex plurimis scriptoribus sufficiat citasse paucos sequentes.

MURATORIUM *de Duellis. In Antiq. Ital. Tom.* III. *Diss.* 33. *pag.* 633.
HOTMANUM *de Duellis. In disput. de Foedis Oper. Tom.* II. *cap.* 42. *pag.* 897.
DU CANGE *in Gloss. voce* DUELLUM & CAMPIO.
ALKEMADE *Holl. Kamprecht.*
VELLY *Histoire de France Tom.* VI. *pag.* 102. *seqq.*
MONTESQUIEU, *Esprit des Lois Livr.* 28. *chap.* 17.
ROBERTSON, *Introduction à l'Histoire de Charles* V. *Tom* I.
H. S. MYSBERG, *Diss. Inaug.* DE DUELLIS.
W. DE VOS, *Beantwoording der Prijsvrage &c.* welke zijn de middelen om de Duellen voortekomen en te weren, &c.

# CAPUT II.

## *DE ORDALIIS.*

Vidimus, initio Sectionis III, quaenam purgationes voce ORDALIORUM complectantur, cujus vocis plures adferri solent derivationes (1); nobis omnium maxime placet ea, quam dedit Cl. DU CANGE (in Gloss. ad illam vocem) quod scilicet, ORDALIUM, sive ORDELA sit ex Saxon. OR id est *magnum*, & DAEL, DEEL *judicium* (2); & sane *magnum judicium* vocabant, quod putabant *Divinum* revera esse judicium.

ORDALIORUM variae sunt formae, & genera, partim a peregrinis recepta, partim a Christianis inventa; omnia enarrare longum foret, praeterquam quod nonnulla sint, de quibus vix quidquam apud scriptores reperitur, vel quae tantum in nonnullis villis vel locis erant recepta, & adeo non magni momenti censeri possint. Agendum itaque tantum erit de iis quae vel propter frequentem usum, vel singularem formam, notabilia sunt, & quae ad haec pauca redigi possunt.

Judicium AQUAE FRIGIDAE,
- - - - - AQUAE FERVENTIS,
- - - - - FERRI CANDENTIS seu IGNIS.
- - - - - CRUCIS.
Et judicium PANIS ET CASEI seu CORSNED.

De singulis separatim dicendum.

§. I.

(1) Sic v. gr. A. HEIMRICH in *Supplementis ad Chronicon Frisiae Septentr.* (apud DE WESTPHALEN *l. supr. cit. Tom.* IV. *pag.* 1508.) refert sententiam A. BRACHELII, qui putat, vocem ORDALIUM confectam esse ex Saxon. particula privativa OR, quod idem est ac *Kein*, *nullum*, & DEEL id est, *Theil*, *pars*: inde concludit ORDAEL sumi pro *Kein Theil oder Schuld an der Sache haben*, (nocentem non esse.)

(2) Cum hac sententia etiam convenit, quod vox ORDALIUM aliquando sumatur



pro

## §. I.

### *DE AQUAE FRIGIDAE JUDICIO.*

Quum gravia flagitii alicujus indicia aliquem gravarent, sed non ita, ut convinci posset, res ad hoc Judicium Dei deferebatur; hunc in finem parabatur *Lacus Aquae ad quem accusatus, antea in templo monitus & adjuratus, accedebat; & praemissis orationibus, atque invocato Deo teste veritatis, in illum projiciebatur, quod si supernataret, nocens ac reus, contra si in imum delaberetur, innocens judicabatur.* Reus autem, antequam in aquam immergeretur, fune colligabatur, ne aliquam fraudem committeret, aut ne, si aqua eum velut innoxium reciperet, in fluctibus periclitaretur, & tempore posset extrahi.

Ubique fere apud scriptores medii aevi mentio hujus judicii occurrit; sic legitur in *Annalibus Francorum Bertiani anni* 876. (1). „ Hludo-„ vicus Hludovici filius, 10 homines aqua calida, & 10 ferro calido, & „ 10 *Aqua frigida* ad judicium misit &c....... qui omnes illaesi reperti „ sunt." Et in *Constitut. pacis & Treugae Auson.* „ Qui intersuerunt „ malefactis, quod si dixerint se non interfuisse, vel malum unde cul-„ pantur se non fecisse, quod expient se per *judicium aquae frigidae*, in „ sede St. PETRI, quod si facere noluerint, excommunicationi subja-„ ceant" (2).

Hic purgandi modus praecipue spectabat *Rusticos* & *homines infimae conditionis* (3). Sic dicitur in legibus SCOTICIS, „ quod si homo „ fuerit *liber*, se purgare debeat per ferrum calidum: si fuerit *Rusticus* „ per *aquam*, secundum diversitatem conditionis hominum," — & alio loco „ *Ple-*

„ *Plebejus* autem & *minoris testimonii rusticus*, AQUAE FRIGIDAE „ se expurget judicio" (4). Licet etiam exstent nonnulla exempla *Nobilium*, qui huic examini fuerunt submissi (5).

In diversis criminibus, uti in furtis & adulterio, haec purgatio erat recepta, praecipue tamen dein ejus pervasit usus in *Sagis*, vel *criminis Magiae* accusatis. Hoc etiam inde patet quod plane in hoc judicio inversa ratione argumentabatur quam in reliquis purgationibus. Scilicet in JUDICIO AQUAE FRIGIDAE, ut effectus haberetur, prodigium locum habere debebat in persona *rei* & *nocentis*, cum in ceteris Ordaliis (uti videbimus) *innocentes* prodigio liberarentur. — Secundum leges naturae enim est, hominem fune ligatum, in aquam dejectum, submergi, nec supernatare nisi forte accidente aliqua causa: attamen hic effectus legibus naturae contrarius, in *persona rei* requirebatur in hoc judicio, in aliis autem probationibus, v. gr. in probatione *aquae calidae*, *innocentes* tantum *illaesi* manere debebant. — Ratio autem, quare veteres in probatione per AQUAM FRIGIDAM aliam viam secuti sint, haec videtur, quod illa probatio non, uti cetera Ordalia, nuda superstitione introducta fuit, sed ex experientia, cui superstitio accessit, originem duxit. — Si enim nuda superstitione niteretur, probabile foret quod, aeque uti in ceteris Ordaliis obtinuit, accusatus se purgare cupiens dixisset, „ si me in aquam dimittas, Di„ vino auxilio, in innocentiae probationem supernatabo." (Nam quid mirum fuisset si contendisset *se fundum petiturum*.) Sed omnis evanescit difficultas, si attendamus, veteres observasse (6) „ esse homines, qui non „ poterant mergi, ne veste quidem degravatos: eosdemque esse maleficos „ & magicos " unde posteriore tempore concluserunt, tales homines, seu magicos & maleficos numquam in aqua posse submergi; sive quia Deus eos in aquam, quae in sancto baptismate Divinae gratiae symbolum erat, recipere nollet, sive quia Diabolus, qui in corporibus istorum reorum degere censebatur, tamquam spiritus effecerat, ut illa corpora supernatarent (7). — Quidquid hac de re sit, satis probatum videtur, corpus huma-

(4) Vid. POLAC *Syst. Jurisprud. Germ. Antiq. Lib.* 4. *cap.* 15. §. 6.

(5) Apud DU CANGE in Gloss. voce AQUA.

(6) Conf. PLINIUS, *Hist. Nat. Libr.* 7. *cap.* 2. & alii scriptores.

(7) Hinc etiam hujusmodi sagas & mulierculas ad *bilancem* explorare solebant, in

manum in ſtatu ſano aqua denſius eſſe, ſed ſi aliquo morbo vel animi perturbatione ſit affectum, aliquando ita mutari, ut ipſo fluido levius fiat & in flumine dejectum fundum non petat (8). — Sequens refertur exemplum. „ De furto accuſatus per probationem AQUAE FRIGIDAE ſe de-„ bebat purgare; timens ne forte etiam per aliquam corporis affectionem „ aqua levior eſſet, hoc experiri voluit: idcirco in loco privato, poſt-„ quam debito modo, ab aliis, fortaſſe amicis fuiſſet ligatus, in aquam „ eſt projectus, ſtatim fundum petebat, & e profundis magno gaudio cla-„ mavit ſe nihil temere; imo rogavit ut ſtatim judicium AQUAE FRI-„ GIDAE, in eum a judice inſtitueretur, ut ſic ſuam innocentiam proba-„ ret: — alius tamen, ut pergit auctor, fuit eventus, cum publice inſti-„ tuebatur purgatio, & non obſtante priore experimento, inſons, nunc „ aquae ſupernatabat." An autem ſolemnitas ritus, aliave ſimilis cauſa talem in corpore mutationem producere poſſit, aliis dijudicandum relinquo.

Sed quamvis cauſa, ob quam probatio per AQUAM FRIGIDAM alio quam in ceteris Ordaliis modo inſtituta eſt, probabiliter indicari poſſit; non

In qua ſi *juſto leviores* deprehenderentur magiae reae putabantur (*a*); qualis libra, privilegio ut ajunt CAROLI V. munita bono conſilio habebatur *Veteraquis* (*Oudewater*). Conf. KINSCHOT *Beſchrijving van Oudewater &c. pag.* 145. ubi actorum judicialium ſententiarumque tali caſu latarum exempla inveniuntur usque ad annum 1729. *conf.* & Cl. MEERMAN *Aanmerk.* op H. DE GROOT *Zeden der Athen. Rom. en Hollanders &c. Tom.* III. *pag.* 556.

(*a*) Inſanae hujus ſuperſtitionis egregium ſatis exſtat monumentum *in Num.* 26. *anni* 1728. *Comment. rerum toto terrarum orbe geſtarum*, *die* 13 *menſis Septembris*, ubi legitur. „ Mira „ plane res ex Germania, quae in Hungaria *Szegidini* contigit, nunciatur. Priore menſe „ ſagae veneficique carceri intruſi fuerunt, iique conſtrictis manibus pedibusque in aquam „ projecti leviſſimi ſuberis inſtar aquae ſupernatarunt, inde extracti lancibus impoſiti fuerunt, „ ubi talis viſa res eſt, quae antea nobis inaudita prorſus fuerat, homines obeſos, qui diu ven-„ tres paſtu ſaginaverant, ſemunciae pondus non ſuperaſſe. Rogisj poſthac extructis 13 „ homines utriusque ſexus injecti & die 23 Aug. illis incenſis, ad prodigia haec expianda vivi „ concremati ſunt &c."

(8) Commendanda de hoc argumento eſt diſſertatio Cl. M. AMEILHON, *Remarques ſur l'Eſpèce d'Epreuve Judiciaire appellée vulgairement* L'EPREUVE DE L'EAU FROIDE. Voyez les *Mémoires de Littérature de l'Acad. Royale des Inſcriptions &c. Tom.* XXXVII. *pag.* 556 *& ſuivantes in* 4to.

non tamen conſtat de hujus judicii hiſtoria. Multi volunt, eam probationem jam a veteribus Germanis fuiſſe receptam (9): alii autem illam demum a Papa EUGENIO II. inſtitutam fuiſſe. Neutra tamen ſententia ſine limitatione videtur admitti poſſe. Scilicet CELTI, qui regiones ad Rhenum inhabitarunt, ſolebant (teſte ARISTOTELE *Libr. 7. Politic. cap. ult.*) „ recenter editos infantes frigido immergere flumini — quia prodeſt „ frigori ferendo aſſueſieri a teneris; quippe quod partim ad ſanitatem, „ partim ad obeunda militaria officia conducat plurimum " (10). Etiam de *Germanis*, STRABO refert, „ Lotionem infantum primum teſtimo- „ nium curae parentum fuiſſe." — JULIANUS CAESAR autem (*in Epiſt. ad Maxim.*) & multi alii, uti etiam KILIAEN (*Etymolog. Teut. ling. in voce* WAETER OORDEEL) cum hujus moris mentionem faciunt, aliam reddunt ejus rationem; quod nempe quaſi probatione per AQUAM FRIGIDAM liberos explorarent; qui ſi fluitarent, natarentve, ut legitimi recipiebantur, ſi vero ſubſiderent, ut adulterini deferebantur (11). Hanc autem fuiſſe originem probationis per AQUAM FRIGIDAM, vix admitti poteſt: primo hic plane alia hujus judicii nota characteriſtica admitteretur; vidimus enim ſupra, eos, qui hoc judicio explorabantur, *nocentes* haberi, *ſi ſupernatarent*, & rationem expoſuimus; apud Germanos vero contrarium obtinuiſſet, cum *ſolos legitimos liberos fluitare* cenſerent. Non etiam probabile eſt, veteres Germanos, apud quos tanta erat matrimonii ſanctitas, & morum probitas, ut vix apud alium populum reperiri poſſit, hoc lubricum remedium adhibuiſſe ad caſtitatem uxorum ſuarum explorandam, & cum infantibus ſuis adeo crudeliter egiſſe; & haud immerito quis miretur, nullam hujus explorationis mentionem fieri a TACITO, alioquin morum Germanorum accuratiſſimo ſcriptore (12). Nec tamen mirum de Germanis

(9) Imo exiſtimant, GREG. TURON. in libro *de Gloria Martyrum &c. Lib. 1. cap. 69* & 70. de ea mentionem jam feciſſe; ſed hoc plane refutavit M. AMEILHON *l. ſupr. all. n. G.*

(10) Verba ARISTOTELIS *l. ſupr. laud.* ex paraphraſi DAN. HEINSII.

(11) Alii non tantum conſentiunt, ſed ab illa conſuetudine etiam derivari cenſent fluvii nomen RHEIN, *purus*. Verius derivabitur ſive a puriſſimis & limpidiſſimis quas trahit undis, ſeu ſi faciamus cum WACHTERO *in Gloſſ. Germ.* a Germanica voce RINN', RINNEN, Graec. ῥεῖν, FLUERE.

(12) Conf. J. CH. CLEFELLIUS *Antiq. German. cap. 1.*

manis ea tradita esse, cum saepius auctores quid referant, ipsi ignorantia decepti; aut mores aliorum populorum cum suis aliquam similitudinem habentes confundant. Omnes JULIANI CAESARIS testimonio nituntur: JULIANUS autem ipse non propria experientia edoctus, sed, prout alii narraverant, rem hanc litteris consignavit (13).

Quod attinet ad EUGENIUM II., MABILLONIUS *Analect. Tom.* I. *pag.* 47. eum auctorem hujus judicii esse refert. Sed huic sententiae prima fronte obstat, quod id demum facere potuisset post 824 (14): sed Concilium Vormatae Anno 829 hanc probationem jam tanquam veterem Consuetudinem rejicit (15) & constat quoque ex *Ordine* (seu formula) *ad illud judicium faciendum* (16), quod jam a LEONE III. Pontif. Max (qui regnavit circiter Anno 795.) & CAROLO MAGNO institutum fuit; & etiam alio loco dicitur (17), „ neque mirum quod tanta fides adjunge„ retur hujusmodi purgationum generi: quum ejus institutores vendita„ rentur LEO III. Pontif. Max. CAROLUS MAGNUS Imp. & BEATUS „ EUGENIUS." — Sed fortasse hic auctorum dissensus ita potest conciliari, quod, tempore LEONIS & CAROLI MAGNI, hic probandi modus tantum moris, *non* juris, fuerit, & EUGENIUS II. demum ei vim juris tribuerit. In quantum autem hujus judicii pervaserit usus, satis apparere potest ex multis decretis (diversis admodum temporibus editis) quibus prohibitum fuit. LUDOVICUS PIUS in *Capitul.* ad annum 829. §. 12. (18) & LOTHARIUS in *leg.* LONGOB. *Libr.* 2. *Tit.* 55. *leg.* 31. jussit „ ut Examen AQUAE FRIGIDAE, quae hactenus fiebat, „ a missis interdicatur, & non ulterius fiat." FREDERICUS I. in *Constit.* SICUL. *Lib.* 2. *Tit.* 31. & ALEXANDER II. Scotiae Rex illam probationem prohibuerunt; posterior hanc reddidit rationem. „ Quod quasi „ re-

(13) Plura de hac quaestione notavit B. J. M. DILLHERUS. *De Historia Priscae Germaniae* &c. conf. & auctores, quos ibi citavit.

(14) Eo enim anno Pontif. Max. creatus fuit.

(15) Imo hujus judicii exempla exstare inde a Seculo V. refert CH. A. KLOTSIUS *in Opuscul. Nummar. pag.* 174. Edit. Anni 1772. in 8vo.

(16) Conf. MURATORIUS *Antiq. Ital. Tom.* III. *pag.* 613.

(17) Ibid. *pag.* 616.

(18) Conf. VENEMA *Hist. Eccles. Tom.* V. *pag.* 276.

„ rebaptizaretur, qui in nomine Divino aquis immergebatur" (19). Minime tamen usus hujus judicii penitus sublatus fuit, imo apud Germanos longe post LUDOVICIANA & OTTHONIANA tempora obtinuit (20); sed tandem anno 1215. Concilio Latrano, dein decretis Imperatoris FREDERICI II. (21), Pontificum Max. HONORII III. & GREGORII IX. (22), ut

(19) HINCMARUS Rhemorum antistes, ab HLDEGARIO Meidorum Episcopo ea de re interrogatus multis argumentis probationem AQUAE FRIGIDAE probavit, licet rationem ALEXANDRI II. non plene refutavit.

(20) Conf. PESII *Diss. Exagog. in Nov. Thess. Anecdot. Tom.* II.

(21) In constit. SICUL. *Libr.* 2. *Tit.* 31. his verbis. „ Eorum sensum non „ tam corrigendum quam ridendum duximus....... qui reum criminis constitu„ tum, ob conscientiam laesam, tantum afferunt, ab Aquae Frigidae elemento non „ recipi, quem submergi potius aëris competentis retentio non permittit.

(22) In fine Seculi XVI. hujus purgationis ad explorandas sagas adhuc tanta erat auctoritas, ut Nobilissimi Amplissimique Domini, Praeses Consiliariique supremae Curiae Hollandiae &c., a Professoribus Academiae Lugd. Bat. quaesiverant. „ Num „ Lamiis, sagis, sortilegis vel veneficis, a prava illarum arte, aut nefanda exercita„ tione hoc peculiariter insit, ut si decussatim junctis strictisque simul pedibus cum „ manibus vi vinculorum flumini immittantur mergi nequeant; sed aquae innatan„ tes, peculiari quadam vi, ab ea respuantur, nec admittantur: vel num aliqua alia „ naturalis huic rei causa subsit." cui Quaestioni *negando* (*a*) publice responderunt Die 9 Jan. anni 1595. D. J. HEURNIUS Rector Acad. & Med. Prof., D. G. BONTIUS Med. Prof. PETRUS PAUW Med. Prof., ANTONIUS TRUTIUS Philos. Prof. & PETRUS MOLINAEUS Philos. Prof. Ipsa illa responsio invenitur in J. HEURNII *Oper. Tom.* II. *pag.* 130. *in Fol.* & in peculiari libro, minus cognito, cui titulus est *Ontdecking van Toverij, beschreven in Engels door* REINALD SCOT, *verduyst by* TH. *en* G. BASSON 1637.— In Burgundia illam purgationem adhibitam fuisse anno 1696, ex LE BRUN *Hist. Crit. des superstitions Tom.* II. *pag.* 240—318. notavit PAQUOT *Mem. pour servir à l'Histoire Litt. des Pays-Bas Tom.* III. *pag.* 159.

(*a*) Non enim una omnium illo tempore erat Doctorum sententia de efficacia hujus experimenti. BALDUINUS RONSEUS *Epist. Med.* 51. *p.* 183. illud vocat, „ certum admo„ dum & indubitatum ad dignoscendas sortilegas experimentum." — Idem probavit G. A. SCRIBONIUS Medicus Marburgensis, qui scribit de *Natura ac potestate sagarum & de his recte cognoscendis & puniendis* &c. vid. BAYLE *Oeuvres diverses Tom.* I. *pag.* 615. Commendavit illud etiam examen JACOBUS I. Britanniae Rex in *Daemonologia Libr.* 3 *cap.* 6. referente VOETIO *in Disput. Select. Theol part* 3. *pag* 574. Improbant vero illud examen per immersionem BODINUS *in Daemonem Libr.* 4. *cap.* 4. *pag* 434. — WIER *de magorum praestigiis Libr.* 6. *cap.* 9. *pag.* 48?. & multi alii.

ut & Parliamenti Parisiorum anno 1601 (23), in diversis Christiani orbis partibus AQUAE FRIGIDAE purgationi finis imposita fuit.

## §. II.

### *DE AQUAE FERVENTIS JUDICIO.*

Non minus frequens hoc erat judicium, atque iisdem fere ritibus, ceremoniisque, quibus probatio per Aquam Frigidam, perficiebatur. Modus autem eruendi veritatem hic multo crudelior erat. Scilicet homo suspectus de crimine, & cujus causa per judicium Dei explorari debebat, *manum in aquam ferventem nudato brachio immittebat, ut annulum vel lapidem fune suspensum inde caperet* (1); *quo facto manus ejus triduo sub sigillo tegebatur. Si dein sana manus esset, innocens judicabatur: si e contrario laesa, damnabatur* (2). Sub variis nominibus haec purgatio in legibus Barbarorum occurrit; sic in *leg.* WISIGOTH. *Libr.* 6. *Tit.* 1. *leg.* 3. & FRISION. *Tit.* 3. *leg.* 4. vocatur *Examinatio* AQUAE FERVENTIS, & *in Libr.* 4. *Capitul.* CAROLI MAGNI per AQUAM FERVENTEM *se idoneare.* Cum autem ex *Ordine ad benedicendam Aquam ferventem* pateat in *Aene* vel *Aeneo* (id est *cabaco* vel *olla*) aquam calefieri, dicitur etiam ad *aeneum mallare*, in *Leg.* SAL. *Tit.* 55. §. 1. apud ECKHARDUM, vel *manum suam in aeneum mittere*, & in *leg.* LONGOB. *Libr.* I. *Tit* 3?. *legi* 1, *Mittere ad caldarium*; ipsum nomen Germanicum hujus judicii videtur KETELFANG (3).

Superiore paragrapho vidimus, purgationem per AQUAM FRIGIDAM ad

(23) Ad Orationem LUDOVICI SERVINI, vid. Librum supr. cit. R. SCOT &c. *pag* 293—3 3.

(1) Pro delicti qualitate vel accusationis, annulus vel profundius, vel minus profunde suspendebatur; & quidem in simplici accusatione immergebatur manus usque ad carpum, si triplex accusatio esset usque ad cubitum. Vid. Leges ADELSTADII *Regis apud* BROMTONUM *pag.* 856.

(2) Conf. KLOTSII *Opusc. Num. parte* 2. *cap.* 2. *pag.* 177. — & OLAUS WORMIUS, *Monum. Dan. Libr.* I. *pag.* 78. Observandum hic est, quod in hoc judicio prodigium in persona innocentis locum habere debebat, secus ac supra (*Sect.* III. *cap* 11. §. 1.) de *Aquae frigidae judicio* monuimus.

(3) Vid. WACHTER *Gloss. Germ. voce* ORDELA.

ad rusticos, hominesque infimae conditionis, spectare; hac autem purgatione *servi* & *infamia notati* examinabantur; plerumque enim in legibus, ubi haec occurrit, de *servis* mentio fit (4); interdum tamen ab hac regula discessum esse, illustre exemplum LOTHARII satis probat; qui cum fidem uxoris suae TEHBERGAE suspectam habebat, AQUAE FERVENTIS judicio illam se purgare jussit. (5) Aliud exemplum nobis occurrit in *Libello* NOTCHERI *Abb. De veritate Reliquiarum* &c. ubi de CAROLO CALVO narrat auctor ,, cum fama audisset quod in Attovillari SANCTA HELENA deportata jaceret, nullo modo credere voluit, inde ,, HINCMARUS, ut Deus rei veritatem manifestius panderet, jussit, ut ,, monachus judicio AQUAE CALIDAE quaestionem probaret." (6).

Poterat autem accusatus, ad judicium AQUAE FERVENTIS condemnatus, hanc purgationem evitare & manum suam, sicut & dominus manum servi, redimere, modo de crimine objecto convenerit (7).

Quod historiam attinet hujus judicii, de vera ejus origine non magis constat, quam ceterorum ordaliorum: sed leges, quas jam supra citavi (8), demum vim juris crudeli huic purgationi dedisse vero simile est. Diu in usu fuisse nemo dubitabit; tamen AQUAE FERVENTIS JUDICIUM etiam supra laudato Capitulo LUDOVICI PII ad annum 829. & lege LONGOB. *Libr.* 2. *Tit.*

(4) In leg. LONGOB. *Libr.* 1. *Tit.* 9. *leg.* 39. a HENRICO II. lata expresse docetur ,, si quis criminis (veneficii aut necis) aut de facto, aut de consensu ,, accusatus negare voluerit, aut per Duellum si liber est, si vero SERVUS per ,, judicium AQUAE FERVENTIS se defendat." Idem Imp. HLUDOVICUS lege 29. praecipit in causa homicidii: & de servo furti reo id docetur in Leg. FRISION. *Tit.* 3. *leg.* 4 Forte distinctio purgationum, quibus HLUDOVICUS homines inquisivit (conf. quae diximus §. 1. p. 30.), pro diversis eorum conditionibus locum habuit.

(5) Conf. HINCMARUS *de Divortio* LOTHARII &c. *Oper. Tom.* I. *pag.* 558. vid. *Recueil des Historiens des Gaules* &c. *Tom.* VII. *pag.* 292.

(6) Conf. *Recueil des Historiens des Gaules* &c. *Tom.* VII. *pag.* 580.

(7) In Leg. SAL. *Tit.* 55. §. 1. apud ECKHARDUM ,, si quis ad aeneum ,, mallatus est, & forsitan convenerit, ut ille qui admallatus est manum suam redimat."

(8) Leg. WISIGOTH. *Libr.* 6. *Tit.* 1. *leg.* 3. FRISION. *Tit.* 3. *leg.* 4. LONGOB. *Lib.* 1. *Tit.* 33. *leg.* 1. & *Tit.* 9. *leg.* 39. &c.

*Tit.* 55. *Leg.* 31. vetitum videtur; quamvis illa lex praesertim, uti supra vidimus, ad judicium AQUAE FRIGIDAE spectat, tamen verba *ut examen aquae. . . . omnibus modis interdicatur*" &c. ad nostrum judicium refero. — In transitu hic observo, quod quidem in aliis legibus LONGOB. judicium AQUAE FERVENTIS institui jubetur, aliis vero in legibus vetatur: sed animadvertendum, leges illas esse diversorum Principum; leges enim, quibus instituta fuit haec purgatio, sunt LUITPRANDI, HLOTARII & HENRICI, posterior autem lex est LUDOVICI PII. — Ceterum FREDERICUM I. Imp. & ALEXANDRUM II. Pontif. Max., & multos alios, qui judicium per Aquam Frigidam abrogare conati sunt, iisdem decretis judicium AQUAE FERVENTIS abolevisse, admodum probabile est.

## §. III.

### *DE FERRI CANDENTIS SEU IGNIS JUDICIO.*

Licet divisionem Ordaliorum in *Peregrina* & *Christiana*, tanquam minoris momenti, non admiserimus, tamen negare non possumus, quod JUDICIUM IGNIS, de quo nunc erit agendum, saepe sub nomine *peregrini judicii* veniat; & sane mirum hoc non est, cum supra vidimus (Sect. I. cap. I. pag. 2.) mentionem, quae de judiciis Dei apud veteres occurrit, praecipue ad probationes per IGNEM spectasse. Versus, illo loco ex SOPHOCLE allatos, hic breviter referre a materia alienum non videtur.

Quando CREON, Thebarum Rex, publico decreto, mortisque poena indicta, corpus POLYNICIS sepeliri prohibuisset, & unus ex iis, quibus cura esset commissa, ne abjectum cadaver sepeliretur, in scenam prodiisset, & CREONTI annunciasset edictum ejus, ipsis insciis, esse violatum, ipse, quo magis innocentiam suam CREONTI probaret, haec obtestatur.

„ Sumus vero parati, & *candens ferrum manibus tollere*,
„ *Et per ignem serpere*, Deosque jurare
„ Nec fecisse nec fuisse conscios
„ Ejus qui hac de re consilium habuerit, nec ejus qui fecerit (1)."

Ex

(1) Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι
Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.
Quem locum attulit: L. C. VALCKENAER Diss. *de Ritibus Jurisjurandi &c. cap. 6.*

Ex his patet, judicium FERRI CANDENTIS illis temporibus jam receptum fuisse in dubiis negotiis dirimendis; quo modo autem ad Christianos pervenerit, plane latet. Probabile tamen est, *Ecclesiam Graecam* illud judicium primum imitatam esse; cum exempla existent hujus judicii a primis temporibus usque ad seculum decimumtertium Constantinopoli instituti; tractu autem temporis cum pluribus aliis superstitionibus in *Ecclesiam Christianam Latinam* fortasse transiit (2).

Hoc Ordaliorum genus parum differt a modo memorata purgatione per Aquam ferventem. Is enim, qui huic judicio submittebatur, *Triduano jejunio & oratione se praeparare debebat, custodiebatur interim manu velo involuta, cui sigillum apponebatur, tum productus in medium, seu locum, ubi judicia Dei institui solebant, nuda manu ignitum ferrum accipere & portare debebat; peracto judicio rursus manus velo involvebatur, eique sigillum apponebatur, quod post triduum rumpebatur; & si manus illaesa tunc esset, innocens, si vero ignis effectui resistere non potuerat, reus declarabatur.*

Triplex erat apud septentrionales gentes illa PURGATIO PER IGNEM, ut ex legibus Danorum & vicinarum gentium constat. Vel enim 1mo. ferrum ignitum nuda manu gestabant, quod JERNBYRD dicebatur, vel 2do. nudis pedibus duodecim vomeres igne rubentes & in terram defossos calcabant, quod SKIERS JERN dictum; 3tio. denique laminam aut baculum ferreum ignitum certis quibusdam passibus nuda ferebant manu, ut in vas quoddam ibi constitutum projicerent; quod vocatur TRUGSJERN aut TRYGSSIERN (3). Eadem tamen voce etiam designabant formulam juramenti, quod candentis ferri judicium antecedebat, ut eo affirmaret actor, quod *neque odii neque lucri gratia reo imposuerat crimen:* — interdum etiam per rogum accensum transeuntem illaesum veritatem doctrinarum vel innocentiam suam probasse legimus. Ejus autem probandi modi vestigia ante annum

(2) Haec est sententia VOLTAIRII *Essai sur les Moeurs &c. Tom.* I. *cap.* 22. De FERRI CANDENTIS JUDICII introductione in septentrionalibus regionibus tradunt ERICUS UPSALENSIS, *Libr.* I. *Hist. Succiae*, & alii scriptores Danorum, Regem Daniae circiter anno 985 vel 1000, Duellum abrogasse & decrevisse *ut igniti ferri gestatione* postea se purgarent.

(3) Vid. Leg. SCANIC. *Libr.* 7. *cap.* 15. apud WESTPHALEN *monum. ined.* & *Tom.* IV. *pag.* 2068.

annum 1000 in Occidente non inveniuntur; licet in Oriente, sub Imperatore ANASTASIO circa annum 506. institutum, crudele hoc judicium fuerit. Tamen inter receptas purgationes vulgares raro memoratur, & praecipue Itali ejusmodi experimento usi sunt ad religionis tutelam, & ad convincendos Episcopos Simoniae accusatos (4). Aliud adhuc est JUDICIUM IGNIS, quod in Leg. RIPUARIOR. *Tit.* 30. *leg.* 1. ita describitur, „ quod quis manu in ignem immissa innocentiam suam tueri „ tenebatur," — forte & multis etiam aliis modis peragebatur hoc judicium.

Vidimus supra AQUAE FRIGIDAE judicium in Rusticos adhibitum fuisse; gestatio autem FERRI CANDENTIS *liberis hominibus* propria erat, qui ob aetatem vel aegritudinem duellum inire non poterant. Monachi & Clerici, cum armis veritatem probare prohiberentur, huic etiam judicio submittebantur; imo praesertim ad illos homines pertinuisse hujusmodi Ordalii genus, forte colligi potest ex sequentibus verbis a Cl. DU CANGE *in Gloss.* relatis, licet minus cogniti sint auctoris, „ aut calidi „ ferri judicio secundum legem monachorum per suum hominem probare; „ aut scuto & baculo juxta legem secularium defendere." — Aliquando autem in Villanis usurpatum esse JUDICIUM IGNIS, patet ex Charta SANCHI Regis Arragoniae (apud Cl. DU CANGE *in Gloss. voce* FERRUM CANDENS) ubi dicitur." Accipiat ferrum calidum judiciale (5) „ sicut mei Villani faciunt & omnis Terra ". Interdum etiam servos hac purgatione esse judicatos patet ex Leg. RIPUARIORUM *Tit.* 30. *leg.* 1. *& Tit.* 31. *leg.* 5.

In omnibus dubiis criminibus hoc FERRI CANDENTIS judicium institutum fuit, in Legibus SCANICIS a WALDEMARO I. Rege Daniae Anno 1163. sancitis, & in adulterio, & in homicidio &c praescribitur. Modus tamen ille qui voce TRYGSIERN designabatur *illi soli conveniebat, qui pro furti crimine conveniebatur* (6). Circa quodlibet ju-

(4) De qua speciali purgatione multa habet MURATORIUS *Antiq. Ital. Tom.* III. *pag.* 624. & seqq.

(5) Id est ferrum Episcopi benedictione consecratum, quod in Ecclesiis vel monasteriis, quae vulgarium probationum jus habebant, asservabatur, uti exemplo probat Cl. DU CANGE in Gloss. voce FERRUM CANDENS.

(6) Supra cit. Leg. SCANIC. *Libr.* 7. *cap.* 15. Ad has leges & praesertim ju-

judicium observandum, „ ut nullum eorum debeat in septimana quae „ diem festum habeat exerceri; ne diei festo aliqua videatur injuria per „ jejunium vel ejusmodi opera inferri" (7).

Cum ab omnibus fere Barbaris gentibus FERRI CANDENTIS judicium receptum fuerit, multa ejus in Historia inveniuntur exempla. Inter CHRISTIANOS, qui igneo usi sunt examine, primus occurrit BRICCIUS Episcopus Turonensis, S^t. MARTINI (qui obiit an. 412.) Diaconus & successor. Is stupri a civibus suis gravissime accusatus: *prunas* (inquit Greg. Turon. Libr. 2. cap. 1.) *ardentes in byrrum suum posuit: & ad se stringens, usque ad sepulchrum beati Martini, una cum populorum turbis accedit, projectisque ante sepulchrum prunis, vestimentum ejus inustum apparuit* (8). Praeter supra jam memoratam historiam HLUDOVICI (superiore §. 1.), duo alia memorabilia exempla a STRUVIO relata (9) hic referam. „ OTHO III. Othonis filius cum esset apud Mutinam civitatem, cum uxore sua (Anno 988); ipsa Imperatrix cuidam Comiti se „ prostituere voluit. Sed cum ille consentire nollet, Imperatrix indignata „ comitem illum apud Imperatorem adeo infamavit, ut eum non auditum „ decollari praeciperet. Hic antequam decollaretur, rogavit uxorem suam, „ ut, judicio FERRI CANDENTIS post mortem, eum comprobaret innocuum. Adest dies qua CAESAR se pupillis & viduis exhibeat judicaturum; adfuit vidua Comitis, caput mariti adferens; quaeritque qua „ morte sit dignus, qui aliquem injuste occidisset? — Respondente Rege „ capi-

ad *Libr. 7. cap.* 3. Singulare aliquid observare debeo. Scilicet Ordaliis neminem nisi volentem & consentientem submitti potuisse & leges illas non tam poenam rei quam restitutionem rei furtivae intendisse. Sic enim legitur „ . . . . Et si *manus* „ *exustione*, reus sibi impositi criminis convincatur: non tamen subito capitur, „ licet statim ejus bona, sicut dictum est, capi possint: sed ut se per fugam consulatur: vel quovis alio modo provideatur, unius tantum diei inducias obtinebit . . . . *alioquin pauci candentis ferri judicio consentirent*. Post hoc in jure coram „ communi audientia, enatrato prius rerum gestarum ordine, suus obtineat adversarius, ut expers pacis, & dignus patibulo judicetur, & si repertus fuerit ab illo „ tempore pro sui reatus exigentia punietur impune."

(7) D. ll. SCANIC. *Libr. 7. cap.* 15.

(8) Conf. SPELMANNUS *in Gloss. voce* JUDICIUM DEI.

(9) Rerum German. scriptores *Tom.* I. *pag.* 1033.

„ capitis privatione, illa ait, Tu es ille vir, qui maritum meum, ad fugges-
„ tionem uxoris tuae, injuste occidi mandasti. Quod dum illa per CAN-
„ DENS FERRUM probasset, Caesar in manus foeminae se tradidit pu-
„ niendum."— Alterum illustre exemplum, teste eodem STRUVIO (10), est POPONIS Episcopi. Scilicet „Danis, qui Christum & Idola simul colebant, „ cum POPONE in convivio de Dei & Deorum cultu altercantibus; & „ Danis asserentibus, Jesum Christum esse quidem Deum, Deos vero alios „ & antiquiores & majores esse illo. POPONE contra affirmante, Jesum „ Christum solum verum Deum esse, unum in substantia, trinum in per- „ sonis; Rex Danorum ALARDUS indixit clerico, ut, quod affirmaret, „ probaret testimonio veritatis. Annuente clerico ingentis ponderis fer- „ rum valde ignitum manibus illius ferendum imponitur. Quod cum Cle- „ ricus usque ad congregationem omnium absque ulla laesione tulisset, „ Rex, penitus abjecta Idolatria, se suosque ad colendum solum verum „ Deum convertit. Clericus vero ad Episcopatum promotus est."

In his, & fere omnibus hujus judicii exemplis, rei *illaesi* reperti sunt. Quis autem credat, omnes huic purgationi submissos *innocentes* fuisse, Deumque in eorum gratiam miracula fecisse? ne hoc quidem illo tempore credebatur; imo & fraudibus saepe homines ignis effectum elusisse, & leges, & orationes judiciales ipsae demonstrant. Sic dicitur in *Benedictione super Aquam ferventem* (11), „ Ita Domine..... si culpabilis, & per „ aliquod maleficium, aut per herbas peccatum suum tegere voluerit, tua „ dextera evacuare dignetur." & in leg. Provinciae SCANICAE *Libr.* 7. *cap.* 15. „ Gestaturus ferrum lota manu, nihil debet contingere, prius- „ quam ferrum levet; nec caput, nec crines, nec aliquod vestimentum; *ne* „ *per tactum alicujus fucci vel unguenti, per fraudem potius quam per* „ *innocentiam candentis ferri effugiat laesionem* (12)."

Nemo autem nostro tempore dubitat, quin diversis praeparationibus chemicis

(10) *L. supr. cit. Tom.* III. *pag.* 84. conf. & WESTPHALEN. *Monument. ined.* & *Tom.* IV. *pag.* 1385.

(11) Apud MURATORIUM *in Antiq. Ital. Tom.* III. *pag.* 620.

(12) Quaenam fides exemplis historicis, & in universum *judiciis Dei* habenda sit, ingeniose, & acute examinavit CH. DUCLOS in *Mémoires sur les Epreuve &c. Oper. Tom.* V. *pag.* 38. *Edit. in* 8vo. *Parisiis* 1802.

micis, aliisve modis, corpora contra ignis laefionem roborari poffint (13); quod ante paucos annos duo Hispani, ROGER & LYONNET vocati, variis experimentis oftenderunt. Sine ullo incommodo non tantum ferri candentis, fed & plumbi fufi, phosphori & olei ebullientis, patiebantur calorem vehementiffimum. Nam fabulam effe, quod illi homines particulari corporis conftitutione flammis refifterent, & quisque perfuafum habet & experimentis conftitit. — (14).

Nec mirum, quod cognitis licet fraudibus, Judicia Dei tamen tam frequenter inftituerentur. Vulgus enim minus edoctus, in fimpliciffimis etiam rebus faepe miracula fieri, credere amat. Supra etiam oftendimus, Clericorum interfuiffe, ne hae purgationes vetarentur: iis enim Ecclefia non exiguam auctoritatem acquirebat, & etiam cuftodia inftrumentorum magnum emolumentum confequebantur Clerici, imo & ipfam inftitutionem non nifi magno pretio, finito judicio perfolvendo, concedebant; „ quod fi fuerit innocens judicatus, perfolvet laboris fui pretium facerdoti, fi vero culpabi is, ad actorem, illius mercedis folutio, juxta Ecclefiae vel provinciae „ confuetudinem pertinebit." — Et faepe in pretio exigendo abufum locum habuiffe patet ex *Appendice ad Concilium Lateranenfe III. Parte 2, Can.* 3. *feq.* ubi facerdotes vetantur, pro examinatione Ignis vel Aquae pecuniam *extorquere.*

Quum autem tractu temporis obfervaverant Pontifices Romani, magnum il-

(13) Conf. DE VRIES *Hiftorifche Oceaan pag.* 422. & feqq. J. BECKMANN *Gefchichte der Erfindungen* 4ter Band. S. 701 u. w. & multi alii, qui occafione experimentorum ab Hispanis (de quibus ftatim videbimus) inftitutorum, de illo argumento in lucem prodierunt fcripta.

(14) Sic v. gr. quid facilius eft, quam oleo ebulliente tingere manus, quamvis calorem olei ebullientis vehementiffimum effe, unicuique notum fit. Sumatur enim vas, pro dimidia parte impleatur aquâ, cui oleum infundatur: exponatur igni, ut aqua ebulliat. Bullae aëreae ex aqua effervescentes magno impetu per oleum tranfeunt, fpuma fupra oleum nascitur, ita ut oleum ebullire videatur, quamvis vix tepescat: fub minori enim caloris gradu Aqua magis ebullit quam Oleum, & fine ullo incommodo manus immergi poterit. Non autem obftat, cochlear a Lyoneto oleo immerfum liquefactum effe. Conftat enim compofitionem, ex Stanno, Plumbo & Bismuto factam, ad minimum calorem liquefieri, confeci ex illis metallis cochlear, & vidi illud ftatim ubi fundum vafis tangebat plane diffolvi.

illum, qui hanc purgationem sequebatur, abusum illi ut & concilia, multique Principes Christiani hoc judicium abrogare conati sunt; inprimis STEPHANUS V. ALEXANDER III. & FREDERICUS II (15). Non autem ubique abolitum fuisse, ex saepe jam citatis legibus Provinciae *Scanitae* aperte constat, cum leges illae anno 1163. sancitae FERRI CANDENTIS judicio magnam vim tribuunt. Et anno 1164. in Flandria hoc etiam locum habuit, „ cum nova privilegia, leges, & instituta tradita sint, a PHILIPPO Comite, „ Neoportuensibus. Ex illis enim legibus licet intelligere, Flandros adhuc „ ea tempestate CANDENTIS LAMINAE usos fuisse judicio" (16). In aliis regionibus rursus idem vetitum fuit ab ALEXANDRO Rege Scotiae (17), & Pontif. Max. INNOCENTIO III. & HONORIO III. In Germania autem septentrionali multo diutius in usu permansit, nempe usque ad annum 1257; quo anno Hamburgenses hujus judicii deprecandi causa legationem miserunt ad ALEXANDRUM IV. Pontif. Max. Hic eorum justissimis precibus annuit, & ne unquam amplius ab Ecclesiasticis purgatione per FERRUM CANDENS gravarentur, singulare iis concessit privilegium (18). In Dania autem jam antea prohibitum erat (19); sed in Suecia demum Anno 1260. JACOBUS, Arragoniae Rex, idem non minus in suis ditionibus fecerat. Sed uti plerumque in pessimis causis obtinet, ne diversorum quidem illorum Principum decretis in desuetudinem hoc inane judicium abiit. Nam non tantum in Urbe Mutinensi FERRI IGNITI experimentum anno 1329. institutum fuit (20), sed & de illo adhuc mentio fit in *Diplomate Ditmarsico* anni 1479, cui Titulus est *Praefectorum Ditmarsiae Ordalia* FERRI CANDENTIS, *in causa Lundensium contra Wollersenses. Scheen und geven na Christi bord, dussent veer hundert*

(15) In Leg. SICUL. *Libr.* 2. *Tit.* 31. ubi dicit legislator. „ Eorum etenim „ sensum non tam corrigendum, duximus, quam ridendum, qui naturalem candentis „ ferri calore tepescere, imo (quod est stultius) frigescere nulla justa causa superveniente confidunt &c.

(16) Conf. *Annales Flandriae Libr.* V. *ad annum* 1164.

(17) In *statut. cap.* 7. §. 3.

(18) Quod refert P. LAMBECIUS. *Res Hamburgenses Libr.* 2. *ad annum* 1257.

(19) Conf. OLAUS WORMIUS *in Monument. Dan. Libr.* I. *cap.* 11.

(20) Conf. MURATORIUS *Antiq. Ital. Tom.* III. *pag.* 623.

*dert darna in den 79 jahr; an mandage na Decollationis Johannis Baptistae* (21).

## §. IV.

### DE JUDICIO CRUCIS

### ET

### JUDICIO PANIS HORDEACEI.

Ordalia, quae tractanda supersunt, ultimo hoc paragrapho conjungam; cum & minoris momenti videantur, & de illis apud scriptores historicos non adeo multa legantur.

JUDICIUM CRUCIS quale fuerit, ambigunt viri docti. Alii enim sortes, manu Cruci imposita jactas, alii, ramusculos cruce insignitos, altari impositos, alii ipsum crucis lignum in ignem conjectum esse, existimant. Omnes has sententias magna satis cura examinavit Cl. DU CANGE *in Gloss. voce* CRUX, & inde hanc ejus purgationis definitionem collegit. „ *Quod qui* CRUCIS JUDICIUM *subibant, expansis in Crucis formam* „ *brachiis ad Crucem stabant*, (unde etiam locutio ad *Crucem stare vel adstare*) *certo ac definito tempore, donec recitaretur Evangelium, vel oratio Dominica &c. & si immobiles permanerent, innocui, sin divino judicio caderent, Rei habebantur.* — Huic definitioni etiam conveniunt, quae dicit AGOBARDUS „ jube ferrum vel aquas calefieri, „ quas

(21) Apud WESTPHALEN *l. supr. laud. & Tom.* III. *pag.* 1768. De miraculosis examinibus in India adhuc usitatis, & cum Ordaliis, de quibus diximus, aliquam similitudinem habentibus, nonnulla hic dici possent; cum autem nimis longum foret, & multi viatores illos mores saepe jam illustrarint, lectorem benevolum ad seqq. auctores referam.

*Diction. Encyclop. art.* EPREUVE, *Anciennes Rélations des Indes* (Paris 1718. 8vo.) *pag.* 35., SYMES *Ambassade naar Birman* & WARREN HASTINGS in *Recherches Asiatiques. Tom.* I. *pag.* 471. *Leipz. Litt. Zeit.* 1807. *July No.* 91. *col.* 1453., BRUNS *Erdbeschreib. von Africa* IV. 81. *Hist. Gener. des Voyages Tom.* XLIII. *pag.* 306. *&c.*

„ quas manibus illaesus attrectem, aut constitue cruces, ad quas *stans* „ *immobile pe severem*" (1. Certum est, hanc purgationem vulgaribus judiciis adnumerari. Attamen, licet vera hujus judicii origo incerta sit, a Clericis forte. ad exemplum poenitentiae speciei (2), & ad crudeliora supra enarrata remedia, praesertim Duella, avertenda (3), introductum fuit. Et quamvis omne judicium Dei, & hoc etiam judicium, inane & rectae rationi contrarium fuerit, tamen modus, quo hoc JUDICIUM CRUCIS peragebatur, minus crudelis, & doctrinae Christianae, quae sanguinis effusionem abhorret, magis consentaneus videtur. Unde plerumque etiam in Ecclesiasticis controversiis adhibebatur hoc examen (4), uti ipse LUDOVICUS PIUS, *in capit. anni* 819. *cap.* 10. sanxit. „ In seculari quidem causa hujusmodi „ testium diversitas campo probetur, in *Ecclesiasticis negotiis* CRUCIS „ JUDICIO rei veritas inquiratur."

Francis examen hoc inprimis placuit (5). CAROLUS MAGNUS, (qui tantam fidem Dei judiciis tribuit, ut ipsis verbis in *Capit.* 809 *cap.* 10. jusserit, „ credant omnes judicia Dei sine limitatione,") in divisione regnorum inter filios suos, hoc judicium selegerat ad definiendas in posterum controversias, quae inter eosdem suborirentur, „ nec umquam pro „ tali causa, cujuslibet generis pugna vel campio judicetur."

Aliud Exemplum satis magni momenti hujus examinis offert Francorum Historia. Quod huc redit: LUDOVICUS PIUS, postquam regna sua inter filios suos diviserat, ad secundas nuptias transiit cum JUDITHA (JUDITH DE BAVIERE) & ex illa filium genuit CAROLUM CALVUM. Filii ex priore matrimonio nati, & inter quos jam regna sua diviserat pater, timentes, ne agnatione hujus CAROLI CALVI partes regionum sibi acquisitarum rursus auferrentur & CAROLO darentur, non tantum bellum patri declararunt, sed etiam novercam de adulterii crimine accusarunt,

CA-

(1) In supra pag. 6. cit. libro *Contra Damnabilem opinionem &c.*

(2) Scilicet ad *Crucem Stare expansis brachiis, vel se prosternere &c.* ea aetate apud monachos in usum fuisse, idem ostendit DU CANGE *in Gloss. voce* CRUX.

(3) Conf. *Melanges d'Histoire de Litterature & de Morale par* H. A. LE F.... *Deuxieme partie pag.* 320. *not.*

(4) Conf. VAN LOON *Aloude Regeringswyse van Holland* III. *Deel. p.* 310.

(5) Apud alias gentes tamen etiam receptum fuit. Vid. leg. FRISION. *Tit.* 14. *leg.* 1., LONGOB. *Libr.* 2. *Tit.* 28. *leg.* 3. *Tit.* 55. *leg.* 25. *&c.*

CAROLUM partum illegitimum declararunt, qui, per consequentiam, nullum jus in bona LUDOVICI PII habebat. — JUDITHA, ut hoc crimen a se averteret JUDICIO CRUCIS se submisit, & (si fides habenda sit annalibus) innocentiam suam plene probavit.

Sed dein ipsi Franci hanc superstitionem damnarunt, & LUDOVICUS PIUS primus fuit, qui publica lege sanxit „ ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere praesumat, ne Christi passio, quae „ glorificata est, cujuslibet temeritate contemtui habeatur " (6).

---

Pervenimus ad sextum remedium vulgare, JUDICIUM PANIS & CASEI, seu CORSNED, quod magnam similitudinem habebat cum supra Sect. II. cap. 2. enarrata purgatione per St Eucharistiam.

Scilicet moris erat Anglis & Anglo Saxonibus (7) (uti ex hujus judicii nomine CORSNED, id est *panis conjuratus*, apparet,) panem consecratum & exorcisatum reo gustandum offerre; cum putarent, non posse quemquam, mali conscium, panem hoc modo consecratum vel dedicatum deglutire. Tota haec opinio diserte sequentia verba *Orationis*, quae in hoc judicio recitabatur, ostendunt. „ Fac eum, Domine, in visceribus augustiari, „ ejusque guttur conclude, ut panem vel caseum istum, in tuo nomine „ sanctificatum, devorare non possit, hic qui injuste juravit ac negavit, „ illud furtum, vel homicidium, vel adulterium, seu maleficium quod „ quaerebatur; & jusjurandum pro nihilo habuit & nomen tuum nominavit " (8).

Non autem ille solus, qui falso jurasse videbatur, sed & praesertim, qui conjuratoribus, Sacramentum suum confirmare non potuerat, huic examini

(6) In Capit. Aquisgran. anni 816. §. 27. quod postea translatum est in Leg. LONGOB. *Libr.* 2. *Tit* 55. *leg.* 32.

(7) Gallis judicium PANIS ET CASEI etiam cognitum fuisse patet ex exemplo a CL. DU CANGE *in Gloss. voce* CORSNED, relato — sed quod CL. DU CANGE refert ex *Historia Treverensi*, an quidem spectet ad homines huic judicio subjectos „ dubito. Conf. HEINECCIUS *Jus Germ. Libr.* 3. *Tit.* 6. §. 237. *in not.*

(8) Vid. Leg. KANUTI Regis cap. 6. apud BROMPTONUM.

mini submittebatur. „ Si enim quis Altari ministrantium accusetur, & „ amicis destitutus sit, cum sacramentales non habeat, vadat ad judi„ cium, quod Anglice dicitur CORSNED, & fiat sicut Deus velit, nisi su„ per St. Corpus Domini permittatur, ut se expurget" (9), & sequenti capite. „ Si quis Ordinatus homicidii particeps vel auxilio fuisse com„ pellatur, purget se cum parentibus, quorum interest occisionis factum „ tolerare vel emendare. Si parentes non habet, cum sociis se purget, „ vel jejunium ineat, si opus sit, & applicetur ad CORSNED, & fiat vo„ luntas Dei."

Quamdiu hic purgandi modus in usu permanserit, aut quibus legibus directe prohibitus fuerit, de eo nihil reperire potui. Vix autem dubito, quin, in dies magis magisque crescente humani ingenii cultura & sapientia, ut reliquis Ordaliorum speciebus, & huic examini finis impositus fuerit.

Superesset, ut ritum in judiciis Dei observandum enarremus. Sed multi eruditi auctores, uti PEZIUS *in nov. Thes. Anecdot. Tom.* II. *part.* 2. *pag.* 633 *& seqq.* S. BALUSIUS *in collect. Formularum veterum Exorcismorum*, LINDENBROGIUS *in collect. Formularum solemnium*, edit. ad finem *Codicis leg. Barbarorum*, & plures alii, hoc argumentum, dedita opera, & magna cura illustrarunt & examinarunt: liceat ergo ad illos scriptores relegare benevolum lectorem.

Ceterum, quamvis plura de JUDICIIS DEI seu ORDALIIS dicenda supersint, hic tamen subsistendum putavi. Partim ne limites Academicae Dissertationis egrederer, partim etiam, quia ex jam dictis & enarratis satis constat, quam deplorandus fuerit plurimarum Europae regionum post Barbarorum populorum invasionem status. — Hi enim, ubicumque sedem fixerant, mox etiam Jurisprudentiae Romanae systema, nobilissimum illud magnae illius gentis monumentum, utpote statui Societatis, quam Barbari introduxerant, minus conveniens, in desuetudinem abire fecerunt; quum simul Divinae religionis praecepta negligerentur, aut malo & infausto consilio

(9) Vid. Leg. KANUTI Regis cap. 6. apud BROMPTONUM.

filio ad fuperftitiofas invaforum notiones accommodata, non tantum efficacia fua privarentur, fed & magis magisque ingruente fuperftitione callidis impoftorum fraudibus fubmitterentur. Mirandum itaque non eft, quod, poftquam Seculo XII. exemplar PANDECTARUM JUSTIN: inventum eft, mox homines, faltem fapientiores, harum legum excellentiam & aequitatem percipientes, illas tanto ardore & gaudio exceperint, ut non tantum brevi poft eligerentur viri docti, qui jus Romanum publice docerent, primum quidem in Italia, mox etiam in aliis Europae regionibus; fed & variae Europae gentes hoc jus, utpote utiliffimum legum Civilium fyftema continens, adoptaverint; illique pro vario earum ftatu publico majorem minoremque auctoritatem dederint, quae ad noftra usque tempora duravit, & deinceps quoque apud nos fervabitur per CODICEM NOSTRUM NAPOLEONTICUM, maximam partem ex Juris Rom. principiis compofitum.

Mihique adeo gratulor, quod huic juri addifcendo per aliquot annos operam dare potuerim, ductu Clariffimorum in hac Academia Profefforum, eorumque fingularem favorem fuerim expertus. Quibus itaque, uti & reliquis digniffimis & celeberrimis viris, quorum confiliis mihi frui licuit, non multis quidem verbis, fed ex animo gratias quas poffum maximas ago.

T A N T U M.

---

E M E N D A N D A.

*Pag.* 1. *lin.* 15. *leg.* ducam. *p.* 3. not. (5) *leg.* BOEHMER *p.* 4. not. (10) *leg.* *Charles* V. *p.* 5. *l.* 2. *leg.* in *p.* 8. *l.* 3. *leg.* INCRESCENTE *p.* 10. *l.* 9. *leg.* funt: *p.* 11. *l.* 11. *leg.* foeda *p.* 13. not. (15) *leg.* *Synodali* *p.* 16. *l.* 19. *leg.* ita dictorum. ibid. ejus autem Jurisjurandi *p.* 18. *l.* 1. *leg.* manuductio *p.* 28. *l.* 13. *leg.* decernimus *p.* 28. *l.* 14. *leg.* pulfatus *p.* 29. *l.* 2. *leg.* continentur *p.* 34. *l.* 8. *leg.* annum 824. *p.* 36. *l.* 2. *leg.* finis impofitus fuit. *p.* 40. not. (5) *l.* 2. *leg.* confecratum.

---

G THE-

# T H E S E S.

I.

Ex nuda redditione unius ex plurimis Chirographis, minus bene colligitur pactum de non petendo.

I I.

De Crimine publico transigi nequit: quamvis ignoscendum sit ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit.

I I I.

Non datur appellatio a sententia arbitri compromissarii.

V.

Egregia ac vera est CICERONIS sententia *Tusc. Quaest. Lib.* 3. *Cap.* 1. „ Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam Natura perduceret."

V.

Neque tamen audiendi sunt illi, qui propterea omnem doctrinam morum reprehendunt; quod enim de scientia dixit SENECA, „ natura nobis „ semina tantum scientiae, non ipsam scientiam dedit," etiam de virtute verum videtur.

V I.

Praeclare *Simonides*, picturam vocavit tacentem poësin, poësin autem loquentem picturam.